This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

condimẽtis obsonia mergunt,plurimi faciamus.)ita quæ percipiũtur ex numeris & modis, quæ ex signis tabulísque pictis,quæ ex odoribus & unguẽtis,quòd cum belluis communes nobis non sunt, quiddam habent proprium, si non diuinitatis, at certè humanitatis. Cæterorum enim animalium nullum per se ut homo delectatur odore,sed pastus tantùm gratia: odoribus aliis uel offenduntur, ut uultures unguentis, uel certè non mouentur: ut ea homini propria uoluptas delectatióque tributa esse uideatur. Quid? si medicorum officinæ odoribus & unguentis locupletiores sunt & instructiores,uel ad ualetudinis cõseruationem,uel ad morborum depulsionẽ, tamẽne quisquam rerum tam salutarium commoditatem contemnendam,aut reiiciendam putabit? Morbum omnium teterrimum pestem esse censemus, & maximè abominamur, quæ corrupto cœli tractu regiones totas interdum populatur, contra quam nullum ferè præsentius remedium est odorum suauitate,cœli noxam corrigentium. Nèc me mouent superiora illa exempla,cum alia proferre possim, quæ præponderent. Sacris enim quotidiè odores incendimus & suffumigamus. Moses omniũ uatum Deo acceptissimus & gratissimus,tabernaculum omnémque eius supellectilem unguento summæ & acerrimæ suauitatis ungit,& pontificem inauguraturus,totum eius caput unguento oblinit.Seruator noster in quodam conuiuio toto alabastro caput suum unguento, in altero pedes perfundi sinit. Quem alium adstipu-

Digitized by Google

latorem quærimus, qui Deum auctorem & approbatorem habemus? Itaque cùm hoc argumentum & Dei auctoritate tutum uiderem, & ad philosophię cognitionē pertinere intelligerem, nō sum ueritus, Illustrissima Princeps, ne quid alienum ab amplitudine tua facere uiderer, si tibi totum Theophrasti myrothecium, omnes arculas, omnia scrinia unguētorum referta mitterem. Et quoniam olim Censores edictum Romæ proposuerunt, ne quis unguentis uteretur exoticis (hoc enim uerbo edixerunt) hæc ut minus peregrina uideantur, & pro uernaculis habeantur, ad Romanam consuetudinem, quando Latina lingua in religione & disciplinis nobis propè uernacula est, traduxi, & latinè ut potui expressi. Huius autem munusculi æstimationem, non libri exiguitate, sed uoluntatis tibi deditæ deuotæque propensione interpretabere.

Digitized by Google

THEOPHRASTVS
DE ODORIBVS.

ODores admixtione quadam omnino conſtãt, ut ſapores. Quod enim admixtionis eſt expers, protinus etiam omni uacat odore, ut & ſapore. Quò fit, ut ſimplicia corpora, uelut ignis, aqua, aër, odoris expertia planè ſint: terra, quòd mixta ſit maximè, potiſſimũ quoque ſola odore prædita cernatur. Verùm odorũ partim inertes ſunt & diluti, quemadmodum in ſaporibus: partim ſuapte quadam ſpecie cenſentur: eorum autem ſpecies, quanquam saporum formas æmulari uidentur, non tamen omnes eadem uocabula habent, quemadmodum antea diximus: nec ſunt ita formis odores diſtincti, ut ſapores, ſed tantùm generibus: cùm præſertim benè olentia quædam, nonnulla malè olentia dicantur, cæterùm ſuauis tetríque odoris ſpecies uocabulis notatæ non ſint, quanquam in magno alioqui diſcrimine. nam dulcia & amara formis magis deſignata ſunt. uerùm acris dicitur, uehemens, mollis, dulcis, grauis odor. Atque cùm iſtorum nõnulli communes quo-

Digitized by Google

que ſint rerum malè olentium, tum uerò propè perpetuus eſt in omnibus quę uitiantur putor. quicquid enim putreſcit, malè olet: niſi fortè quis acorem, uini putorem eſſe dicat ex uitij ſimilitudine. In omnibus autem ſtirpibus, animantibus, inanimis illa putoris fœditas apparet, in omnibus inquam, quæ uitiantur, quibus ex iſta ſtatim materia concretio non ſit: quamuis enim etiam horum nonnulla materiæ uirus referant, id tamen haud quaquam omnibus euenit: multa quippe ex putribus orta malè non olẽt, ut fungi è ſtercore naſcentes. Verùm quæ ex rerum tabe naſcũtur & proueniũt, uirоſi ſunt & fœdi odoris omnia. Igitur, ne multa, ſuaueolentia ſunt omnia quę ſũt cocta, ſubtilia, minimè terrena, cũ præſertim in halitu ſitus ſit omnis odor: maleolentia, contraria. Pleraque uerò, quemadmodum in dulcibus nõnulla guſtum quendam amaritudinis habent, itidem quoque in ſuaueolentibus odoris grauitatem obiiciunt aliquam. Habent autem ſtirpes, animantes, inanima, quæ quidem olent, ſuum quæque, propriúmque odorem: Sed multa nobis olere non uidentur, quòd ſenſum odoratus longè deterrimum habeamus, cùm uel quæ odoris prorſus expertia cenſentur, aliis tamẽ odoris ſenſum adferant, ut ueterinis hordeum cedropolitanum, quo, quia olidum eſt, abſtinent. Nos quoque fallunt odores in animantibus, quæ redolere uidentur. Ac nullum quidem odoris iucunditate per ſe ferè delectari uidetur, ſed paſtus tantùm cibíq; fruendi gratia: cùm etiam nonnullis odor eiúſque ſuauitas

ſuauitas,offenſioni & noxę uideatur eſſe,ſi uerum eſt quod de uulturiis & ſcarabæis narratur,quod ut uniuersè complectar, ex eorum numero perſpicuè eſt, quæ aduerſaria efficiuntur naturæ repugnãtia: ſed ſigillatim excutienti unà cuiuſque temperamentum & uis odoris ſumenda eſt. Ac nonnulla quidem odoris iucunditas eſt etiam in alimentis, uelut baccis, pyris,malis,qui ut non ueſcaris,tamen iuuat, tantóque propè dixerim, gratior eſt: uerùm ut breuiter tamen diuidam, odores quidam per ſe cenſentur, quidam ex conſecutione. Saporum & alimentorum ex conſecutione,anhelitus & auræ per ſe. Nam magna ex parte quæ fragrant,ut ante dictum eſt, ſaporis ingrati ſunt, acerbi, ſubamari: ſed & nonnulla ſciti ſaporis, odoris fœditate prædita ſunt, ut ficus Aegyptius qui uocatur,guſtu dulcis:ídque ſi non ubique, aliquotfariam tamen. Iuniperus etiam dum mandi*tur,quẽdam fœtorẽ obiicit*, alioqui dulcis, urinámque benè olẽtem reddit.Sed quoniam odores partim in ſtirpibus ſunt, & earũ partibus,ramis, foliis,libro, lachrymis: partim, ut diſtribuimus, in animalibus & inanimis, perſpicuum profectò eſt, eos coctione quadam matureſcere in ſuis quemque ſedibus: itáque odoris gratiã & iniucũditatem pro naturæ proprietate conſequi. Coctio autem natiuum colorem ſequitur:in inanimis ſimplicium corporum poteſtates: generantúrque ac mutantur non ſecus quàm ſapores. Sed qui artificio ſolertiáque odoratus habent ſuaues,de iis quoq;, ut de ſaporibus fecimus, demus

Digitized by Google

operam, ut aliquid dicamus. Atque in utroque sanè nobis semper optimi rationem esse habendam ducimus, quod ars omnis spectare solet. Sunt igitur in non mixtis etiam quidam odores, quos adiuuare apparatione nituntur, ut & saporum suauitates: uerūtamen, ut paucis complectar, magnam partem permixtione temperationéque constant. atque ita duabus illi quidem in rebus cernuntur, ut in genere loquar, humido & sicco, tripliciter tamen temperatis, cùm uel cognata cognatis, uel diuersa diuersis miscentur, eáque aut humida humidis, aut sicca siccis. In iis enim duobus omnium saporum & odorum causa & origo sita est: ut qui aromata & diapasmata componunt, sicca siccis: qui unguēta miscent, aut uino infundunt, humidis iungunt humida: tertium genus est omnium frequentissimum, quo unguentarij utuntur, siccis humida admiscētes. Omniū enim unguentorum & chrismatum, id est unguinū, ista cōpositio est. Vidēdū autē qui quibus unguētis & chrismatis aptè misceantur, qui quibus adiumēto sint, ad unius uelut odoris corpus, quemadmodū in saporum cōditione. nam & in iis idem student, qui miscent, mergentésque cōdiunt. Ista igitur ferè sunt, in quibus & quorū ope artes illæ suum munus præstant. Sed nonnulla miscentur odoris ipsius gratia, & ut odoratus moueatur: nonnulla gustus uelut condimenta quædam, ut qui uino unguentum infundunt, aut aromata iniiciunt. Nam horum sensuū uicinitas mutuo quodā usu fruitur. Idcirco lautitiis odoris

odoris commendationem quærunt. Quæret aliquis quid ſit, cur cùm unguentum & reliqua odorata uinum condiant, cibum tamen nullum commendent, ſed omnem corrumpant, ſiue igne domita, ſiue ab eo intacta ſint? Cuius cauſa cenſenda eſt, quòd nō modò ſiccorum ſaporem ui ſua præſtringūt, uerùm etiā ſuum ſimul obiiciunt acerbitate & amaritudine ſuffuſum. Nam quicquid bene olet, huiuſmodi eſt: ídque magis mandendo ſentitur, quòd conficiatur & diuidatur, ídque longiuſcula mora: at in uino neutrum fit, cùm & eius ſuccus acerrimus ſit, & uberrimus, ut ſuperari non poſſit, & nihil ferè temporis in guſtatu inſiſtat, ſed leuiter attingat: ut ſenſui quod gratum iucundúmque eſt offerat, quod amarum & triſte, guſtui non ſignificet: uerùm planè eueniat, ut odor uelut condimētum potus efficiatur: dulci quidem uino uel maximè, quòd odorem, cuius eſt expers, præcipuè deſiderat: aliis generibus, quòd miſcēdo ex ambobus uelut unus confundatur odor. uinū enim, ut antè dictum eſt, ad imbibendos odores accommodatiſſimum eſt. Illud etiam quæſtione non uacat, Cur flores & coronamenta, odoris alioqui imbecillioris, procul etiam oleant: Iris & nardus, reliquáque ſicca odoramenta, multo uehementiora, è propinquo: nonnulla etiam commanducari, quædā teri & comminui, quædam incendi quoque neceſſe ſit, ut myrrham, thus, omniáque ſuffimenta. Ratio eſt, quòd flores in ſummo cauſam odoris habent, rari præſertim neque craſſi: radices omniáque ſolida,

Digitized by Google

in profundo: exteriora autem retorrida atque denſa. Quocirca illa halitum longè iactant: hæc uiarum quadam patefactione indigent. Proinde comminuta tuſaque, fragrantiora fiunt omnia: flores contrà, triti deteriùs olent: cùm illa uim ſuam oſtendant: hi etiã imbuantur aliena. Thus autem & myrrha denſiore etiamnum natura concreta, molliorem deſiderant ignem, quo ſenſim concalefacta exhalantur. Nam ſi quis uel tundat uel terat, odorem illa quidem obiicient, non tamen perinde iucundũ, neque quẽ facilè reponas. Atque iſtarum rerum in his ferè cauſæ uerſantur. Cæterùm unguentorum compoſitio omnis & confectio, uelut ad odorum conſeruationem planè comparata eſt. quo fit ut in oleo condantur, quod & ætatem diutiſſimè ferre poteſt, & ad uſum opportuniſſimũ eſt: alioqui ſuapte natura omnium minimè odorem concipit, propter denſitatem & pinguitudinem: eorúmque pinguiſſimum quodque, ut ex amygdalis: è ſeſama autem & oliuis uel maximè. Vtuntur autem frequentiſſimè oleo è glãde Aegyptia & Syriaca. minimè enim omnium pingue eſt. Nam ex oliuis potiſſimũ quoque utuntur uiridi è phaulia, quæ & liquidiſſimum fundit & minimè pingue: eóque recenti, non ueteri. quod enim anniculum ſuperat, inutile eſt, ut iuſto craſsius & pinguius. Igitur oleum tale accommodatiſsimum eſt, ut odoris penitus expers. Chriſmati, id eſt unguini, etiã nonnulli prædicant oleum ex amaris amygdalis conuenire: uberrimè autem fit in Cilicia, ex eóque chriſma cõficiunt.

Digitized by Google

ficiunt. Aiunt & nobilibus unguentis idoneum esse, ut & balaninum. Nam & hoc glandium putamina in ipsum coniecta odorata reddit, quando & amygdalis amaris expressum idem facit. Verùm quî iam obsecro istud consentaneum est, oleũ quærere quàm inolentissimum, ut uiride è phaulia, & in istis tamen condire, cùm amygdalinum acrimonia affectum sit? nisi quia oleum fortè dum coquitur ranceſcit. Hæc igitur animaduertenda & considerandasunt. Vtuntur autem aromatis in omnibus unguentarij, partim his oleum adstringentes, partim odoris medicamento imbuentes. oleum enim omne adstringunt, ut odorem magis combibat, uelut uellera infecturam. adstringitur porrò imbecillioribus aromatis, deinde id posteà iniicitur, cuius odorem concipi uelint. Quicquid enim nouissimum additur, quamuis minus potentissimum est: ut si in heminam libra myrrhæ, deinde eôdem cinamomi drachmæ duæ mittantur: quod mirum fortasse cuipiam esse uideatur, ut & illud, quid sit quod aromata quæ ante iniiciuntur, quamuis odorata, oleum tamẽ ad odorem ducendum accommodatius præstant. Nam quicquid concipere debeat, nullo odore medicatum esse oportet: quod autem ab alio iam occupatum est, id inolens non est, ut proinde ad imbibendum esse deterius oporteat. Sed utriusque autetiam omnium eadem causa est. Sicca enim illa pinguitudinem omnem alliciunt ad sese & receptant: ex quo & perpetuum eius lentorem discutiunt: Ita

Digitized by Google

eliquatum ad raritatem & pingui liberatum, in quo maximè eius consistit odor, iam nihil refragans, promptius quicquid iniicitur, haurit: odor autem aromatum fluxus & euanidus redditur, ut pote in pingui consumptus, quo etiam continetur undique uias omnes obsidente, ut meritò, quāuis minus quod nouissimum adiicitur, odore tamen exuperet, cùm præsertim in imbecillius incidat, & ad concipiendū paratius. Quinetiam cuiusque diuturnitas, & aduersus ignem firmitas pro portione respondet, & cætera eiusdem generis. Nullum enim haustus auidissimū, ut balaninum, non idem protinus diuturnissimum eadem de causa est. ut enim quidque maximè quid recipit, ita unum efficitur & coalescit maximè: quod semper etiam imprimis durabile est. quo fit, ut igne adflatum quàm minimum offendatur: quod idem ex aliis & in sesamino ualet etiam lōgè capacissimo. Amygdalinum autem ocyssimè senescit, & breuissimè durat contraria de causa. Nam quod minimum recipit, etiam celerrimè remittit. rhodinum egregiè cōcipitur sesamino ob pinguedinē, quod tamen dū igne uaporatur coquitúrq;, uelut quādo cōsumitur, sesamā obolet. Genera igitur olei ac potestates huius modi ferè sunt. Cæterùm aromata propemodū omnia et odoraméta, floribus dūtaxat exceptis, sicca sunt, calida, adstringentia, mordacia, nonnulla etiā amaritudine quadam affecta, quemadmodum iam antè diximus, ut iris, myrrha, thus, denique etiam unguenta. Ac sanè uires adstringendi & calfaciendi perua-

peruagatiſsimæ ſunt,quas etiã perſpicuè præſtãt.Igitur adhibito igne coquẽdóq; adſtringũtur omnia,odores cõtrà prẽcipuos frigida ſine ignis ope ducũt. ac quæ in floribus, quorum alij frigido liquore, alij calido merguntur, eadem in odoribus eſſe ratio & conditio uidetur. Omnia porrò coquuntur, ſiue iis adſtringendis, ſiue præcipuis odoribus inducendis operam naues,depoſitis in aqua uaſis, ut nulla ſit cũ igne contagio, quòd blãdum eſſe calorem oporteat, nimiáque deceſsio futura ſit uſu flammæ, & uſtionis uelut nidorem obolere ſoleant. Minus decoquũt quæcunque potius feruẽtia nobiles odores hauriũt, quàm quę frigida,quòd quæ coquũtur,partim mero fragrãti,partim aqua antè macerentur. Minus enim combibunt: frigida contrà,quòd ſicca ſint, uberius, ut iris tuſa. Cum enim quadrantal iridis tuſæ medimnum & ſextarium capiat, plurimum decedere *prædicant*: modicè maceranti ad duos congios deſiderari,multos autem macerare minus. Sed præſtantius omnino irinum fit ea ſicca nec decocta,cùm uis ſincerior ſit & integrior quàm maceratæ atq; coctæ: atq; uſuuenit,ut ea quæ antè intumuerunt,cũ minus in ſe hauriant & alliciant,ueluti extrudant. Sed cùm adſtringendo antè curant, odoramenta non diu relinquunt,ſed ſtatim eximunt,ne impenſius ebibant. Et cuique unguento ſua ſibi idoneáque odoramenta adiiciunt: ut cypro cardamomum,aſpalathũ,odorato uino macerata: rhodino iuncum, aſpalathum, calamum,eadem maceratione:aliis,quæ accommo-

Digitized by Google

data ſunt. Rhodino etiã magna uis ſalis additur, ídque præter alia proprium habet: ex quo etiã magna deceſſio conſequitur, multúmque decoquit. nam in quadrantal medimni duo coniiciuntur. Cypri eadem eſt confectio quę rhodini: tantum niſi maturè cyprum eximas & exprimas, inceſſente tabe odoris diritate unguentum corrumpit. uuidá quippe & madeſcens putreſcit. Similis apparatio quoque melini. Nam oleo prius ſpiſſato, mala cotonea refrigerato iniiciunt: deinde eximunt ſubinde, priuſquam liueſcant, ſingulis iniectionibus. liuida enim corrumpuntur humeſcendo, ut & cyprus. Cæterùm omnia unguenta componuntur partim è floribus, partim foliis, partim ſurculis, partim radice, partim ligno, partim fructu, partim lachryma, ſed omnia tamen ferè mixta ſunt: è floribus, ut rhodinum, uiolaceum, ſuſinum: hoc enim ex liliis fit: adhæc ſiſymbrinum, ſerpillinum & cyprus: prætereáque crocinum, quod præſtantiſſimum in Aegina & Cilicia conficitur. è foliis, ut myrteum & œnanthinum. Oenanthe autẽ in Cypro naſcitur mõtana, odoríſque plurimi: è græca propter odoris inertiam & ignauiam non paratur. è radicibus, irinum, & nardinum, & amaracinum ex coſto. Sic enim appellant radicem: chriſma autem eretricum ex cypero, qui ex Cycladibus adfertur. è ligno, palmeum quod uocatur, ſiccata palmæ ſpatha, quam elaten appellãt, & iniecta. è fructibus melinum, myrteum, laurinum: & ex multis Aegyptiũ, cinamomo, myrrha,

Digitized by Google

rha,aliis: & porrò pluribus,megalion. Nam & è cinamomo. E lachryma,ſtacte: nã è myrrha tuſa fluit oleũ,quod,quia minutatĩ ſtillat, ſtacte uocatur. hoc nonnulli ex unguẽtis omnibus unũ ſimplex nec cõpoſitũ prędicãt. Nam alia omnia uel è pluribus uel è paucioribus cõpoſita ſunt:ſed omnino è pauciſſimis irinũ.Sic ſanè quidã cenſent:alij ſtactes cõfectionem talẽ eſſe:Myrrhã tuſã & in oleo liquefactã balanino, igne léto fotá,calida perfundi, eámq; cum oleo peſſum uelut limum ſidere: quod ubi euenit, aquam collo defundi, & reliquum quod ſubſidit,prelis exprimi. Megalion autem è reſina uſta componi, & oleo balanino: admiſceri quoque caſiam, cinamomum,myrrham: plurimúmque negotij & operæ in megalio & ægyptio eſſe, cùm plurima & multo cariſſima in iis miſceantur. Quinetiam megalio decẽ totos dies totidémque noctes ex ordine oleum decoqui, demum reſinam cæteráque adiici: quòd decoctum liberaliùs combibat. Amaracinum autem nobile ex optimis quibuſque odoribus componi, ſine amaraco tamen. Hoc enim odoramento ſeplaſiarios nihil unquam in unguentis uti, ſed falſò uocabulum increbruiſſe. Sed & alia tingunt, alia nullius coloris pigmento fucant:tingunt amaracinum,rhodinum,megalion:non colorant pretioſa,ægyptium, melinũ,cyprũ, uiliáque omnia. Iſta porrò non inficiunt, quòd ægyptium & cyprũ alba expetunt, melinũ,cotoneorũ colore:uilioribus & nugatoriis non refert coloris medicamentum quærere. Iam rubra

Digitized by Google

inficiunt anchuſa:amaracinum chromate quod uocatur: ea radicula è Syria adfertur. Cæterùm palatum iuuare non ſolum odores uidentur, uerumetiá acrimonia & calor quorundam,ut proinde nonnullis unguentis iſta miſcentes uelut aculeum addant. Iam uerò myrrha calida eſt, & cum adſtringẽdi poteſtate mordax & amara:cinamomum moderatæ cũ calore acrimoniæ,ut & coſtum: caſia calfaciendi adſtringendíque poteſtate & acrimonia iſta exuperat. Calfaciẽdo etiam & adſtringendo eſt iris, recénſque ſupra modum amara, & cutem hominum eam curantium ulcerat: mordax quoque cũ calore eſt cardamomum. Balſami ſuccus & ſemen ad utrunque uiriliora & efficaciora: lignum imbecillius:cui uiribus cinamomum ſimile eſt. Iuncus odoratus mordacior calamo,& calidior, alioqui in utriſq; adſtringendi poteſtate pari: quibus adſtringentius cyperũ. adſtringit & aſpalathus odorata: nardus cum calore mordet. Maron & chroma,quod amaracino miſcetur,excalfactoriam uim habent. Confert etiam anchuſæ radicula ad rhodini & irini colorem. Atque aromatum etiam recentia nonnulla uirium grauitate & acrimonia pollent,inueterata ad uigorem miteſcunt eadem, deinde exoleſcunt: ut iris ad confectionẽ,poſteaquã collecta eſt,triennio uiget:ac cùm plurimùm,ſex annis durat. Maron biennio, myrrha decem annis durat, ad bonitatem proficiens. Itidem ut iſtis, cinamomo, coſto, caſiæ ſuus permanet uigor: iuncus odoratus & calamus celeriter ſeneſcunt.

Sed

Digitized by Google

Sed è floribus quidam ſtatim in uiriditate, ſua efflo-reſcunt indole, ut roſa: quidam cùm exaruerunt, ut crocus & melilotus, quòd dum uirent, humidiora ſunt. Quare aromatum naturæ & poteſtates ex iis ſpectandæ ferè ſunt. Videtur autem megalion uulnerum omnium inflammationes lenire: rhodinum auribus utiliſſimum eſſe: nec iſta iniuria. Nam illius compoſitio, uſta conſtat reſina, ut dixi, caſia, cinamomo, myrrha: quæ omnia ſpiſſando ſunt atque ſiccando. Rhodinum autem auribus eſt ſalutare, quòd ſale addito paratur. idcirco enim ſiccat & calfacit: ex quo ſalis quoque ſpuma prodeſt. Verùm quod de ſubſtillo narrant, rationem deſiderat, cui egregiè prædicãt opitulari. Cuius rei cauſa fuerit, quòd cum ab iis quę mederi debeãt, antè reſolui oporteat egerenda, iſtud ſal utiq; præſtat, odoríſque fragrantia impetũ reddit. Sed quare irinũ, *fragrãtis* alioqui odoris, nullũ impetum *ciet?* nempè quòd adſtringit, uiáſque contrahit, ut anguſtiis trãſitum prohibeat: quinetiam aluum ſoluit, cũ ob uim excalfactoriã, tùm quòd arctat meatus ad ueſicam pertinentes, quibus occluſis omnis in aluum colluuies eliquatur. atque in ſumma & irinũ & alia unguenta medicata ſunt. Ac ut in uniuerſum dicam, omnium cauſa in poteſtatibus quas memoraui, ſita eſt, adſtringendi & calfaciendi, quòd talia aromata medicamento ſint. Verùm iſta extra unguentariorum artem ſunt omnia. Cæterùm temperatio & permixtio aromatum certa non eſt nec definita, ut ex iiſdem perpetuò proba ſimiliáque reſpon-

Digitized by Google

deant unguenta,quod accidit in aromatis ex uirium inæquabilitate,cuius multæ cauſæ ſunt. una, cæteris etiam fructibus communis,anni ſtatus, qui uim interdum multiplicem,interdum defectiorem tribuit: altera in collectione,ſiue maturius ſiue ſerius quàm tempeſtiuitas ferat, decerpas : non enim iſtud parui refert: tertia poſt collectionem,ut quæ temporis indigent ad uigorem,quemadmodum dixi. Nam hîc quoque & antecapere licet & ceſſare. Ex his anni tẽperies non eſt in noſtra poteſtate : niſi quatenus intelligamus, quibus uehemẽtior aut îmbecillior uis inſit: ſed tempeſtiuitas tum in collectione, tum poſt eam,in nobis ſita eſt,ut peritiſſimo cuique iſtud potiſſimum ſuccedat. Ac ex iis quidem omnis unguentorum origo & compoſitio conſtat. Diuturniſſimum autem eſt ægyptium,irinum, amaracinum, nardinum,ſed omnium uel maximè ſtacte. durat enim ætatem. Vnguentarius quidam narrabat apud ſe inueteraſſe ægyptium octo annis, irinum uiginti,ac etiamnum durare florentibus præſtantius. in iis ætas eorum poſita eſt. Vnguentorum autem genera ἀνθίνων,id eſt,floreorum infirma ſunt omnia, ac poſt bimeſtrẽ ferè uigent,anno progrediente degenerant ac fugiunt,illóque repetente tempore,quo ſuus cuique flos in uigore eſt. Imbecillitati autem reſpondet eorum precox maturitas, atque omninò ſubita fugitiuáque exhalatio,cùm facilè difflentur: diuturniora contrà ſunt, quæ ex radicibus & reliquis conficiuntur. uberior enim eorum eſt odor, & firmior corpora-

poratiórque. Corrúmpit autem unguẽta calida tempeſtas,locus,ſol,ſi in aprico ponantur. Quocirca unguentorum inſtitores cœnacula quærunt,domóſque nõ apricas,ſed umbris opaciſſimas. Sol enim & ęſtus odores aufert, & à naturæ ſtatu demouet magis quã frigus. Nam frigus & glacies ut minus odorata comprimendo reddunt, ita ingenuam uirtutem penitus non auferunt. Id enim uitij demum deterrimum eſt, ut in uino, ſic in aliis ſuccis, natiui caloris diſceſſio. Proinde in plumbea uaſcula diffundũt, & alabaſtros expetunt ſui lapidis. frigidum quippe denſúmque plumbum eſt, & ille itidem lapis, atque unguentis, ut quiſque talis maximè eſt, ita longè utiliſſimum eſſe conſtat. Itaque duabus de cauſis ea conſeruant, dẽſitate & frigore, cùm præſertim neque foras odorẽ tranſmittant, neque intro prorſus quicquam recipiant. Nam & reſpiratio uitiat, & extrinſecus alieni ingreſſio,cũ etiam flatus, ut dixi, corrumpat odores & extinguat, potiſſimúmque non naturales. Caput feriunt è pretioſis amaracinum, nardinum,megaliõ: è uilioribus pleraque omnia, ſed laurinum tamen imprimis. leniſſima uerò ſunt rhodinum & cyprus, quæ uiros quoque decere maximè uidentur; præterea áque lilium: ut mulieres ſtacte,megaliõ, ægyptiũ, amaracinum, nardinum. Nam diuturna expetunt, quæ propter uim & craſſitudinem, non facilè uiroſa ſpurcáque euadunt,nec facilè relinuntur. Sed quoniã nonnulla infirma,nõnulla firma ſunt, firmiora porrò ſunt è radicibus, quæque antè memorauimus: ideò

Digitized by Google

florea,si non fricentur,iucundiorē odorē efflant:ē radicibus, reliquáq; si fricentur, suauius redolent.Illa enim difflantur,& concalefacta fricando degenerant & immutantur: hęc propter insitam uim, frictione ueluti quibusdam foraminibus patefactis, in apertum magis odorem proferunt:quod in ipsis quoque radicibus, atque adeò in omnibus solidis usuuenit, quemadmodum dixi. florea contrà,ac utraque sectam principij sui sequuntur.Quæ autem ex myrrha parantur, utraque de caussa meritissimò, cùm & amplius misceantur, & mollis ille ex frictione calor alienus non sit,cùm etiam nonnihil incendi myrrha postulet.In summa quicquid abūdat odore, seu malè oleat,seu benè,seu acre sit,seu acutum, seu cuicuimodi,sollicitatum se magis ostendit. tum enim tanquam re ipsa magis aëri immiscetur. Ex unguentis ægyptium,stacte,& si quod aliud odoris est plurimi, cum uino mixta fragrante,suauiora & gratiora redduntur. eorum enim grauitas emendatur:ut & myrrha quoque in dulci uino macerata ad suffumigandum, uelut antè dictum est.Iam si uires eorum attēdas,quod in rhodino solet euenire,prorsus mirum esse uideatur. Nam omnium multo leuissimum & lāguidissimū,aliorū tamē aurā, hominibus qui antè obliti sint,obscurat. Itaque unguentarij cunctantes licitatores, nec ab ipsis mercantes, eo denique delibutos amittunt, ne unguenta aliorū odorari queant. Ratio est,quòd cùm tenuissimum sit & sensui gratissimum, ob leuitatem penitus peruadit, meatúsque obsidet,

Digitized by Google

obſidet, ut nimirum ſenſus occupatus & oppletus iudicare non poſſit. Duobus enim modis, & fortaſſe tribus, iudicium impeditur: uno, quem modò dixi: altero cùm ualentioribus uelut temulentus ſenſus ſtupet: tertio, meliore ſenſum antè occupante. Nam poſtea deterius obducere facilè non eſt, ſenſu recuſante, ut nec in ſaporibus, atque adeò in cibis. Quinetiã odoribus compoſitis roſa dedecori uidetur eſſe: ſiquidem flore increbreſcente roſa compoſitiones conſpergunt, apertæq; eam unam uel maximè redolent: cæterùm breui elangueſcit exoleſcítque, non ob imbecillitatem ſolùm, ſed etiam ob ſubtilitatem, qua aliorum odorem etiam ſuperat: cùm ſubtilis eius aura incluſione collecta aliis antecellat & quoquouerſum differatur, qua etiam de cauſa citò uiciſſim ſuperata ſeneſcit. Nam quicquid tenue eſt & molle, illud idem protinus infirmum eſt. Iſtud & quædam uina faciunt, ut præguſtata aliorum gratiæ officiant: nonnulla uſqueadeò etiam, ut alia non facilè admittantur, uelut erythræum quod ſalſum eſt & molle. enitendum enim eſt, ut cauſam è ſimilibus ducamus. Eſt autem iſtud rhodino peculiare, ut ferè & quod antè diximus. Nam propè omnibus capitis dolorem facientibus, hoc, ut dixi, grauitatẽ omnem & doloré etiã ab unguẽtis creatũ diſcutit: cuius ſanè ex iis quæ memorauimus, perſpicua cauſa eſt: ſiquidem & dominatur, & quocunque peruadit & inſinuat. Nã alia quæ capiti moleſta ſunt, grauitatem habent omnia, quòd ex eiuſmodi uel radicibus uel ſuccis cõſtent: cùm iſtud & odore ſit leue, & calore mo-

Digitized by Google

deratum, ad concoquendum pariter & meatus aperiendum. Nam capitis dolor uel redundantis uel inflati incluſa noxa generatur, ut partim excernendum ſit, partim maturandum, aut tollendum: quibus prodeſt omnibus calor non tollendis ſolùm, uerumetiã concoquendis multò magis, ſed & meatibus aperiẽdis. huc etiam facit eius ex ſale apparatio. ſal enim foramina laxat & calfacit, ipſaque odoris iucunditas motus quandam incitationem & impulſionẽ affert. Sed & laſſitudini quoque conferre rhodinum uidetur, ex caloris moderatione, leuitate, & quadã in intimos meatus inſinuatione: & quemadmodũ nonnulli prædicant, nõ minus quàm rhodinum cyprus. Blandus enim eius etiam eſt odor & corpori gratus. Verum iſta quæque iſtis ſimilia ſunt, uelut propria fuerint. Rhodini autem admixtio & in odoribus & ſuccis, ſi commodè fiat & aptè, uſum aliquem habet, cùm odorum grauitatẽ atque uim edomet: ſuccis autem modò odoris gratiam, modò dulcedinẽ adiiciat, quod & in uini generibus accidit. Nã quod in inſula Thaſo præbetur in prytaneo, mirifica ſuauitate eſt ex cõditura: offam enim farris ex melle ſubactã in doliũ mittunt. Nam uinum domo odorem à ſe habet, ſuauitatem ab offa mutuatur. quod & in miſcendis uini generibus accidit, ut ſi quis in duriuſculum & fragrans, lenis & inclentis notam miſceat, uelut heracleoticum & erythreum, uno lenitatem, altero odoris iucunditatẽ conferente. Ita fit enim, ut alterum alterius uitium mutuò corrigat, lenitate & odoris bonitate.

Digitized by Google

nitate. Multas etiam alias homines periti narrant atque callent tẽperationes: quod in odoribus quoque consentaneum est & coloribus euenire, si quis commodè scitéque misceat. uerùm istud quidem rhodini proprium est. Quæstio autem quædam existit ad omnia pertinẽs, cur à prima palmæ parte suauissima sint, unde unguentarij eam semper partem unguento tangunt. Causa ex contrario sumenda est, quòd calor è statu demoueat atque mutet: unguentorum autem omnium satis celer sensus iam est ex cutis cõmercio. Quæritur etiam cur qui unguentis madere uulgò non solent, uehementiùs iis oleant, quos assiduè unguentatos uidemus. ac fortassè dici potest istud ob insolentiam opinione magis quàm ueritate niti: sed si uerũ est, alterum uidetur multis aliis, quibus obscuratur, odoribus tanquam confundi, etiam admixta cute: alterum uelut integrum & syncerum rara laxitate concipi, moráque sensui significationẽ sui dare. Cõtrà etiam ratio informari potest: minus, quia non consueuerint recipi, diutiúsque redolere, quo tardiùs commisceantur. Verùm istud & aliquãto leuius est, nec planè cõfessum. Corpus, caput, aliáque potissimùm feriunt, diúque suis acrioribus ualent odoribus, megalion, ægyptium, amaracinum: quæ autem imbecilliora sunt, nec odoris multi, leuẽ auram emittentia, celeriter expirant atque deficiunt, ut rhodinum & cyprus. Sunt quæ in posterum diem melius olent, difflata, si qua inerat, odoris grauitate. Sunt & nonnulla omninò durabilia magis, ut nar-

Digitized by Google

dus & irinum: ſed omnium uel maximè ea quæ uiribus plurimùm pollẽt. Quædam in lauatione remiſſionéque animi ac ludo odorem ferè incolumem conſeruant, nec inquinant: quædam ſpurcata ſudorum graueolentiam augent, fœtore quodam & uitio inceſſente. uerùm de unguentorum confectione atque uiribus hactenus. Siccorum permixtio, unde diapaſmata & compoſitiones conficiuntur, haudquaquam definitam poſcit rerum certarum temperationem, ſed quo quis plura uariáque magis miſcuerit, tanto præſtãtior & ſuauior odor extiterit, ut ſpecies iſtas aromatum uulgares promptáſque ſimul omnes miſcent ad uſum. In iis dant operam, ut non unius priuatim, ſed omnium communis quidam odor eſſe uideatur. Proinde aliquot dierum interuallo ſubinde arculis recluſis, excellentem odorem eximunt, & uehementiora parcius adhibent, ut coſtum & amomum: quædam in totum non admiſcent, ut eryſiſceptrum, de quo paulò antè uerba feci. In compoſitionibus autem ea uino macerant odorato. Vinũ enim uidetur ad odoris conferre bonitatem, cũ præſertim eo quoque unguentarij utantur. Diu porrò permanent compoſitiones, earúmque uſus ad ueſtium cõmendationem ualet, uelut diapaſmatũ ad ſtragulũ, ut corpori adiiciantur. Nam & inceptant magis olere, & fragrant iucundius, atque hoc illius uice faciunt. Superiores autem uino perfuſa odorato coniiciebant ad odoris emendationem, nonnulli mulſo: nam iſta duo planè ad odoris bonitatem faciunt. ætatem autem

tem compoſitiones ferunt. Ex iis perſpicuũ eſt, quod ſupra dixi, ſicca inter ſe mixta mutuis odoribus iucundiores odoratus habere. At uerò animantibus odores pro ſua cuique natura attributi ſunt. nam ſuus cuique eſt pro temperamento: qui quidem iucundus eſt & ſyncerus in ætatis uigore & optima corporis habitudine. ſuauior etiam in tenera ineuntéq; ætatula: acerrimus uerò, idémq; uiroſiſſimus initus tẽpore, atque omninò tabeſcentibus ęgríſque corporibus. Itaque hirci, cerui, lepores, reliquáque animalia tum maximè olent. Sed admirabile prorſus eſt & ſingulare, quod pellibus hircinis uſuuenit, ut repetente fœtoris tempore contagio ad eas pertineat. Cauſa eſt uim aliquam in exuuiis relinqui, aut humorem eiuſmodi, qui in uiuis quoque odorem excitet, quo ab aëre agitato & calefacto, cõſentaneum eſſe pelles pro ſua quoque uirili moueri. Itaque prima cauſa in habitu eſt. Tum enim olent qui neque coeunt, neque generando ſunt, atque adeò ipſæ capræ: ac bonam quidem magnámque partem coitus tum affert: iuſta tamen per ſe cauſa habitus eſt. Iure uerò unguenta propter aromatum uim medicata ſunt. ea enim natura ſpecies omnes aromaticæ præditæ ſunt. declarant autem cataplaſmata, & quæ malagmata nõnulli uocant, quid ualeant, cùm panos & ſuppurationes diſſipẽt, & alia pleraque mutent, non in ſummo tantùm corpore, uerùm etiam in profundo, ut ſi cuius præcordiis pectoríque fortè illinantur, is continuò ructus odoratos edat. Non deſunt quæ ad lotium fa-

Digitized by Google

ciant & odoratum reddant. Sed illud multò maius, si capiti quis illinat, in urinam usque odorem aromatum permanare. Aluum etiam, ut dixi, iris mouet: quæ omnia, ut sæpe declaraui, faciunt, quòd quæ suapte natura acerba & subamara sint, eadem etiam calfaciant, & rectâ corporis foramina subeant. Nam cũ incidendi ui & calfaciẽdi prædita sint, quòd adstringere pariter & calfacere possint, efficitur ut educere etiam queant & concoquere, atque adeò interpolare & immutare. Huiusmodi autem naturæ consensio atque contagio in aliis etiam quodam modo euenit. Vinum enim cum uua efflorescens tentari uidetur, & allia, cepęque tùm acerrimi sunt odoris, cũ in terra germinant. Sed istis præterea accidit, ut unà etiã ipsa germinent: atque omnino omnia quæ tunicata constant radice, modò nõ exaruerint, germinationis tẽpore mouentur, cùm insita cuique uis sollicitetur & excitetur. Sed omnium istorum admirationem facilè superat, quod in adipe ursino euenit, qui latebrarũ tempore exundat, intumescénsque uasa implet. Verũ cur Democritus sapores ad gustatum refert, odores & colores nõ item ad subiectum cuique sensum? nam id ex figuris factum oportuit. An uerò istud in omnes conuenit? cùm præsertim omnes uel solius, uel potissimùm huius attributiones & differentias edisserant, ut in colore candidum & nigrum: sic & in sapore dulce & amarum, non ut in odoribus. Non enim istud est benè olens, aut malè: nec quædam facilè confundi, quædam admixtionis aliena esse: nec

in

Digitized by Google

in tractabilibus, quibus multa ſtatim ſubiecta ſunt, durũ, molle, ſcabrum, leue: ſed in uoce potiùs graue & acutum. Mixturam ſucci fugitant, partim quòd ita diuidui non ſint, ut ex duobus res una coaleſcat, uelut aqua oleum, pituita ſanguis, omninóque quicquid ſupernatat aut dirimit, ut acetum & lac: quod enim premendo terendóque miſcetur, alterius cuiuſdã eſt generis: alio modo qui ad uſum rectè tẽperari nõ poſſunt, atq; etiã corrũpunt, ut aqua marina, nitroſa, amara uinũ: atq; adeò quæ potui eſt, niſi quis ſtatim utatur. Odores autem ad hoc ſanè exemplum plurimi miſceri inter ſe nõ poſſunt: atque, ut in ſummam conferam, omnes qui malè olent. Cæterùm illud quidem genus, in quo una ex ambobus uis non temperetur, inueniri non poteſt. Verùm ad hanc rationem omnia ferè iucundè fragrauerint. Eſt tamen ubi fortaſsè deteriora reddant: eſt ubi meliora, uelut in unguentis. quædam enim immoderationẽ emendant, & tanquam duritiem: quædam odores effœminant & tanquam diluunt. In ſiccis autem omnes omnibus miſcentur. Nam diapaſmata quanto ex pluribus confundas, tanto præſtantiora ſunt: quinetiam unguenta quædam & ſuffimenta uini admixtio cõmendat, ut myrrham: unguento cõtrà uinum cõditi uidetur. proinde quidam unguentum in uindemia uino miſcent, quidam ex tempore infuſum ebibunt. Non eſt autem abſurdum tantam ſenſuum horum uicinitatem in eadem materia uerſantium aliquid habere commercij atque ſocietatis. Nã ut uno

Digitized by Google

uerbo cõplectar, nullus ſapor odoris eſt expers, nullúſque uiciſſim odor ſaporis. Atque huiuſce rei cauſa eſt, quòd odor nullus ex eo oriri poteſt, quod ſapore careat. Vſu uenire etiam ſolet, ut cum ſaporibus immutẽtur odores, ut in uino & quibuſdam fructibus: quorundã uerò etiã maturius in flore, ut racemorũ. At in unguentis ſola mutatio eſt uigoris & tanquam ſenectæ. Sed tamen anni temporibus omnia propè dixerim etiam tentantur, maximè ut quæque infirmiſſima ſunt. Florea uerò qua tempeſtate ſuus cuiq; flos uiget. Compoſitiones ex odoramentis faciunt, tuſa multa & eodem coniecta in arculas includẽtes, iis deinde certo quodam dierum interuallo reſeratis, quicquid plurimum redolere uidetur, tollentes, iterúmque ac ſæpiùs interpoſita aliquot dierum mora, ne qua priuatim ſpecies oboleat. Mirificum autem odorem concipiunt ueſtes in iis conditæ. Glãdis autem ægyptiæ unguentum, non ſanè nimium odoris efflat: admixtum tamen aliorum addit bonitati, potiſſimúmque iridis. In rubro mari diffiſſis lapidibus piſciculi intus & ſquillæ aliæque beſtiolæ innatæ incluſæque uiſuntur, quas in omne cauum æramentũ, ſimiliter in omne uas ferreum, colligi cõiicíq; ferũt, rutilum & candidũ: nonnihil autem intercedere rationis & affinitatis cum ſtanno: coniici autem non ob capacitatem, ſed ob amaritudinem.

FINIS.

Digitized by Google

ANNOTATIONES IN LIBRVM Theophrasti de odoribus.

Ἀναλῶς.) Cùm Theophrastum esse scirẽ unum ex philosophis illis, qui tanquam maiorum gentiũ numerari meritò possunt, equidem semper, ut quàm emendatissimus in hominum manus ueniret, optaui: nullus enim ferè scriptor est, ex quo uberior fructus percipi possit. Sed ita in eo sunt omnia mendis inquinata, ita uitiata, luxata, mutila, ut si eum in manus sumas, cognitionem & intelligentiam eius desperes. Exemplarium ueterum, quod unum in rebus egenis & perditis subsidium est, ut mihi copia esset, semper desideraui, diligenterque conquisiui. Sed frustrà desideriũ & conquisitio fuit: nullum enim reperi. Nunc quando eius rei facultas non est, tamen pro mea uirili enitar de præstantissimo philosopho benè mereri, & quantum coniectura consequi potero, in libello De odoribus, erroribus mederi conabor, uoces loco eiectas restituam, exesa uetustate sarciam, hiantia explebo: in his quæ expleri commodè non poterunt, tamen quid supplementi desiderari mihi uideatur, admonebo. quod hinc facere aggredior. Ac sanè initio ἀναλῶς nullo modo probo, legendumque censeo ἀναδῶς, ut sint odores qui nulla specie censentur, quòd ignaui & inertes sint. Cui emẽdationi suffragatur quod mox sequitur: αἱ δ' ἔχουσί τινας ἰδέας. contrariũ enim inducitur. Si quis tamen ἀναδῶς retinet & defendit, interpretetur odores insuaues & ingratos, uel non iucundos.

διωσμῶναι.) Desiderari uidetur ἀσὶν, ut dicat odores nõ item, ut sapores, distinctos esse formis. Nam διωσμῶνας, quod

hic quadrare fortaſſe cuipiam poſſe uideatur, non ita pro-bem. Idcirco autem formis minus ſunt odores diſtincti, quã ſapores, quia guſtatus ſenſum acerrimum homines habent, inertiſſimum odoratum.

Τοῦ ὀίνου ἀπρότητα.) *Id niſi fallor, propter Platonẽ dixit, qui in Timæo acorem putorem quẽdam eſſe interpretatur, cùm ſcribat ea quæ coaceſcunt, antè quadam putredine attenuari: ut hîc uideatur Theophraſtus leuiter ab eo diſſentire. Verba ſunt Platonis,* τῶν δὲ ὠτῶν πολλὰ πλημμέλειαν μὴ ἔχοντα σαπεδόνος, *& cæt.*

Τὰ περὶ μελίκα.) *Id ultimo libro De ſtirpium cauſis à Theophraſto diſſeritur, & à Plutarcho ſic attingitur lib. 1. Sympoſiacon.* πρὸς γάρ τινι τὸν ὑγρῶν ὁ Θεόφραστός φησιν ἐπιγίνεσθαι τῷ ἐυωδίαν, ὅταν ἐξαιρεθῇ τὸ βλαβερὸν ὑγρὸν ἀπὸ θερμότητος. *id eſt, Nam humorum coctioni Theophraſtus ait odoris ſuperuenire ſuauitatem, cùm ſublatus eſt ui caloris humor noxius. Id etiam infrà à Theophraſto dicetur. Ioannes Damaſcenus ſuauitatem odoris procreari cenſet humore in corporibus percocto uehementer: qui ſi uel imbecillius, uel nullo modo coquatur, ſequi putorem: ſi mediocriter, mediũ quendam gigni odorem inter ſuauem & tetrum. Medium enim quendam odorem ponit, quem Theophraſtus non agnoſcit.*

Κισσοπόλεως.) *Idem in libro admirandarum auditionũ ſcribitur his uerbis:* ἔστι δ' ὅπου φασὶ μὴ τόπου τινὰ παρ' αὐτοῖς ἐλαίας μικρὸν, ἀλλ' ὡς αἱ ἄκαι' πεδίων, ὃς φέρει κεφαλάς, ἃς οἱ μὲν αὐθρωποι χρῶνται, οἱ δ' ἵπποι μὴ βόες δὲ ἐθέλουσιν αὐτὰς ἐσθίειν, ἀλλ' ἄλλ' ἐδέν· ἀλλ' ἐδὲ ὗες, ἐδὲ τῶν ἀγρίων ἐδὲ μία τολμᾷ γεύσασθαι τὸ κάρπον τῶν ἀνθρώπων, οἱ λιμοῦ αἱ ἐκ τῶν κεφαλῶν τούτων μάζαν φαγόντες ἢ ἄρτον ἀφο-

ρύσωσι,

πώσεσι, & θήσουσι. id est, Esse autem dicunt locum quendam apud eos nõ ita paruum, sed triginta ferè stadiorum, qui ordeum fert, quo homines uescuntur, equi & boues uesci recusant, aliáque animalia. sed nec sus nec canis attingere audet reliquias cibi hominum, qui mazam aut panem ex eo ordeo comederint, quòd præsens mors consequatur. Cedropolis pars erat Thraciæ super Amphipolin, cuius Aristoteles meminit in historia animalium, hunc in modum: ἐν δὲ θρᾴκῃ τῇ καλουμένῃ κεδροπόλει, ἐν τῷ ἄλει διαβαίνουσι οἱ ἄνθρωποι τὰ ὀρνίθια κοινῇ μετὰ τῶν ἱεράκων. quod Plinius ita uertit: In Thraciæ parte super Amphipolin homines atque accipitres societate quadam aucupantur. quæ tamen Plinij uerba magis exprimũt, quod in libro Θαυμασίων ἀκουσμάτων scribitur hũc in modum: ἔθος δὲ τῶν θρᾳκίων τῶν ὑπὲρ ἀμφιπόλεως, &c. Ex eo autem Plinij capite, quãdoquidem occasio est, locos duos annotabo, quos lectoribus æstimãdos relinquã. Quod enim uulgò ita scribitur, Ex iis circum claudum altero pede, in duobus optimis exemplaribus reperi sic scriptum, Ex iis Aegithum claudum altero pede. Emendatores, quòd circum in accipitribus ab Aristotele numerari legissent, suo iure, ut reor, usi, circum nobis induxerunt, cùm tamen Aristoteles de Aegitho id scribat, quod à Plinio refertur. Verba eius sunt: ὁ δὲ αἴγιθος εὔβιός ἐστι καὶ πολύπαιδος· ἔστι δὲ πόδα χωλὸς ὄσσον. id est, Aegithus commodè uictum parat, prole numerosus est, pedem claudum habet. Sed patronus Plinio quærẽdus profectò est, Aegithum in accipitribus numeranti, qui è paruis auiculis censetur, nec uideo quî defendi possit. Sed interdum Plinius res alias agere solet, nec satis attendere, quæ sit scriptoris uoluntas & sententia. Itaque in multis à Leoniceno

censoria quadam animaduersione meritò est notatus: à quo etiam reprehendi eodem modo potuisset, ut locum istum sine corollario non dimittã, quod cùm ῥάφανος apud Theophrastum ex sermonis attici proprietate braßicam significet, tamen rhaphanum latinè Plinius dicat, radiculam intelligens. Eius uerba sunt lib. xix. Genera rhaphani Græci fecere tria: quo etiam loco ῥαφανίδα, quæ apud Atticos radiculam significat, napum conuertit, ita scribẽs: Iidem naporum quinque genera fecere. Nam apud Theophrastum est, τὴν ῥαφανίδος πόαν τινά. Quid quod idem uelut alienata mente nõ intellectis scriptoribus Græcis, herbas, quæ nullæ sunt in rerum natura, serit? ut cum ita scribit: Idem præstat apud eosdem hippice dicta, quòd in equis quoque eundem effectũ habeat. Atqui apud Theophrastum, unde istud sumpsit, nõ hippice, sed hippace scribitur: eduliique nomen est, non herbæ. Eius uerba sunt: διὸ τούτῳ τῇ ὑγρᾷ ἱππάκῃ λέγειν φασὶ σκύθας ἡμέρας ἔνδεκα καὶ δώδεκα. Est autem hippace scythicũ edulium ex equino lacte concreto. Plinius tanquam resipiscens & ad se rediens, alio loco caseum equinum interpretatur, alio loco equi coagulum, quæ utraque explicatio etiã apud Dioscoridem extat. Idem libro uicesimo primo, adonio herba rerum naturã locupletat, cùm Theophrastus, unde id sumit, adonidis hortos scribat, qui etiã prouerbio noti uulgò sunt. Eius uerba sunt, χαλεπῶς δὲ ἡ ἐκ τοῦ μαθεῖν, πεμφιγνόμενον ἐν ὀξυάκαις, ὥσπερ οἱ ἀδώνιδος κῆποι τῷ Θέρει. In Theophrasto malè legitur πεμφιγνόμενον. Multa eiusdem generis in Plinio notari possunt, quæ humanitati donanda uidentur. Sed redeo ad illud caput, unde digressus sum: ubi uulgò legitur, Aesalona Græci uocãt, qui solus omni tempore apparet.

Digitized by Google

paret, exemplaria duo peruetusta quæ domi habeo, Epileum Græci uocant, habent miro consensu: ut non dubitem hoc nomen à quibusdam, quibus insolens uidebatur, nullis iustis uindiciis hæreditate expulsum, & ex Aristotele æsalona in possessionem missum esse, de quo tamen non tradit idem Aristoteles, quod Plinius, ut alium scriptorem Plinius secutus esse uideatur. Certè epileως accedit magis ad id quod Plinius scribit eum omni tempore apparere, cùm ea uox, quanquam à me in alio auctore lecta non est, ὠδηχώειον significet. Quid quod idem Plinius magno errore æsalonem auiculam putat, cùm de inimicitiis & amicitiis animalium disserit, his uerbis: Aesalon uocatur parua auis, oua cerui frangens, cuius pulli infestantur à uulpibus, cùm apud Aristotelem, unde id mutuatus est, apertissimum sit non auiculam, sed accipitris genus esse? De his duobus locis pro suo quisque sensu & iudicio existimet.

τῶν ὀσμῶν δυνασθῆναι.) Et sensus & orationis emendatio postulat τὴν ὄζειν δυνασθῆναι, aut τὴν ὀσμωδῶν δυνασθῆναι. Odorem autem habent animalia, ut uerbi gratia lepores: alioqui quomodo eorum uestigia sagaces canes odorarẽtur? nobis tamen nihil ferè olent. Sed & panthera odore feras ad se attrahere dicitur, cũ hominibus nihil redolere uideatur.

τὸ ὠδὴ τῶν γυπῶν.) Auctor admirandarum auditionum scribit uultures, si unguento inungantur, aut aliquid eo delibutum edendum eis detur, interire, ut & scarabeos odore rosæ. Proinde in Theophrasto fortasse non malè quis legendum censeat τοῖς μύροις καὶ τοῖς ὀδωδόσι, ut illud ad uultures, hoc ad scarabeos referatur, quanquam nihil mutare ausim.

Αἰγύπτιον καλάμινον σῦκον.) Arbor quæ ficum ægyptium

Digitized by Google

fert, à Plinio ficus ægyptia uocatur, à Theophrasto συκάμινος, id est morus. Athenæus autem arborem uocat συκάμινον, & fructum συκάμινα, id est mora, sed & συκάμορα: qui & à Theophrasto dissentit, eúmque fructum, ubi maturuit, suauem odorem spirare dicit. Eius uerba sunt: ὀπὸς ἀμύρων τειῶν πίσσινα, καὶ ὀδώδη γίνεται. Arbor etiam à Galeno & aliis συκάμορος uocatur, cùm sit ambigua inter ficum & morum, utriusque notas quasdam referens, & utranque propemodum miscens.

Ἐν ζωοῖς καὶ φυβῖς.) Illud καὶ φυβῖς delendũ existimo, præsertim cùm antecedat αἱ μὲν ὀφυοῖς. Mox etiam pro αἷς καὶ ἡ ὀδῶδες, malim ἧς καὶ ἡ ὀδὰς, ut ad πίμπλη referatur.

Γεώδες δὲ βέλτιον πεδίον.) πεδίον expungẽdum censeo: neque enim cõuenit sensui, qui integer erit eo ejecto, nisi si quis cẽseat ex eo πάντως aut παντελῶς esse faciendum. nam hîc meliorem campum dicere, quod uerba græca significant, translatio esset indigna Theophrasti elegantia. sed & mox τὰ τοῦ lego, non τὰ των. Non raro autem Aristoteles ait, quod melius est, naturam consequi semper studere, quoad eius fieri possit. Interdum eam dicit etiam necessitatis rationem habere. Igitur imitatrix naturæ ars, hîc, ubi necessitatis locus nõ est, melioris rationem habebit.

Καὶ ταῖς παρὰ.) Locus iste pro deplorato est: quid putem tamen desiderari, ex his uestigiis subscribam: qui coniectura sagaciore sunt & ingenio meliore, melius aliquid coniicere poterunt: πρὸς ἃς συνάρχειν παρῶν τοι μὴ ταῖς παρασκευαῖς, ὡς καὶ ταῖς τῶν χλῶν ὑσομίοις. ἐμοὶ δ' ἀλλὰ, ὡς ἀπλῶς ἀπᾶν, οὐ μίξα τὸ πλέον καὶ ὅπως αἱ ὁμοιαὶ εἶαι καὶ ἀνῶν μὲν, ὡς ἂν γλίσ λαβῆν, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν. τεχνῶς δὲ γίνεται, ὅταν ἡ ὁμοιότης ὁμοιότης, ἢ παραλλάττον

παραλλάττοντ᾽ ἀντιπαραλλάττοντι, ἢ ὑγρῷ &c. quæ uerba in interpretatione expreſsi. Si pro ἀντιπαραλλάττοντι quis σιαλῷ legat, aut ἀντιφιλῶ, non magnoperè repugnabo.

Τὰ ἀρώματα.) Aromata ex eo nomen inuenerunt, quòd priſci his ſolis, antequã pecudes immolari cõſuetudo eſſet, in re diuina uterentur, ab ἀρόομαι, quod eſt lingua Ionũ precor. Appellãtur à Latinis interdum odores in plurali numero. Plinius, Siccis odoribus cõſtant, quæ diapaſmata uocantur. quod ex hoc Theophraſti libro ſumpſit. interdum etiam odoramenta.

Χρίσματος.) Chriſma, quicquid illinitur & inungitur, generaliter dicitur: hîc ab unguento differt, quòd minus operoſum ſit, minúſque multiplex cõfectione, ac proinde minus carum. & fragrans, quanquam non ſimplex in Theophraſto eſt: appellauit oleum Plinius. quod enim apud Dioſcoridem eſt, χρίσμα δὲ ἐξ αὐτῶν σκευάζεται τὸ καλούμενον μύλινον, latinè dixit libro xxiij, Fit & oleum ex iis, quod melinũ uocauimus: quanquam Dioſcorides quoque libro primo oleum uocat, quod etiam nomẽ unguentis tribuit Homerus, Iliados ξ ita ſcribens:

- ἀλείφατο δὲ λίπ᾽ ἐλαίῳ,
Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥα οἱ περιμήνυον ὧραι.
Τοῦ καὶ νυμφιδίοιο δι᾽ ὀδόντων χαλκοβατῶν δὲ
Ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ ἠέρα ἵκετ᾽ ἀϋτμή.

Qui locus Plinium mendacij non inſimulat tantùm, uerùm etiam condemnat, ita de unguentis ſcribẽtem: Quis primus inuenerit, non traditur: Iliacis temporibus non erant, nec thure ſupplicabatur. Cùm id ſcriberet, huius loci in mẽtem ei non ueniebat: non enim tam temerè id affirmaſſet. Sed.

& apud Homerum *oleum rhodinum unguẽtum esse uidetur* Iliados ϛ. -ῥοδόεντι δὲ χρῖσε ἐλαίῳ

Ἀμβροσίῳ. Plinio tamen id aliter interpretante, *& rosæ succum accipiẽte, his uerbis:* Iam *rosæ succo reperto. nominatur enim id quoque olei laude. Sic in uetustis Plinij libris scribitur, non ut uulgò, in olei laude. Dicit enim olei nomine succum esse appellatum ab* Homero, *illo quem citaui loco. Quid quod senior* Homero *& antiquior bello* Troiano Moses *unguentorum meminit? Rursus de melino sic scribit* Plinius, E *malis quoque cotoneis & strutheis fit oleum (ut dicemus) melinum, quod in unguẽta transit, admixtis omphacio, cyprino, sesamino, balsamo, iunco, casia, abrotano. Quo quidem ex loco satis intelligi arbitror multo simplicius esse chrisma quàm unguẽtum, præterquàm in admodum paucis, ut in stacte, quæ sola per se unguentũ est, ut* Theophrastus *dicet.* Xenophon *oleum uocat, quod oleis expressum est: chrisma, id est unguen, quod aliis, ut sesama, amygdalis, terebintho: etiam eo animalium adipem complectitur: unguẽtum, quod ex iis & aromatis compositum est. Eius uerba sunt lib. 4 anabas.* πολὺ γὰρ οἰνάνθης ἄνευσμον ἦν χρῖσμα, ᾧ ἐχρῶντο ἀντ' ἐλαίου, σύεινον, καὶ σησάμινον, καὶ ἀμυγδάλινον ἐκ τῆς πικρᾶς, καὶ τερεβίνθινον· ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν τούτων, καὶ μύρου δύσοσμος. Malè legitur in Xenophonte pro ἐκ τῆς πικρᾶς, ἐκ τῆς πυρρᾶς, *ut existimo.*

Οἱ τὰ μύρα τοῖς οἴνοις.) *Huius rei meminit* Plinius *hunc in modum:* At *herculè iam quidam in potu addunt: tantíque amaritudo est, ut odore prodigo fruantur ex utraque parte corporis. Nam prisci mixtum cum uino unguentum, tantus erat eorum luxus, ebibebant. Quod autem eodẽ capite*

Digitized by Google

pite Plinius ait M. Othonem mõstrasse Neroni principi uestigia unguentis tingere, multo antè factitatũ Athenis fuerat, ut ex monumẽtis Athenei cognosci potest. Nam ex Cephisodoro hoc carmen affertur:

Καὶ τοῖς ποσὶν χυεὶς πρῶ μοι βάπτεειν.

multáque ex aliis scriptoribus eius rei testimonia proferuntur. Sed & Diogenes Cynicus aliquando unguentatis inceßit pedibus, quòd diceret à capite in aerem dißipari odorem: à pedibus autem ad nares rectà ferri. Et in Aululariam myrobathrarij esse uidẽtur, qui calciamenta muliebria unguentis, ut odorata essent, imbuebãt: quanquã alij in Plauto myrobrecharij legunt. quo in poetæ etiam loco pro carinarij, quo in scopulo grammatici hærent, legendum censeo cerinarij, à cerino uestimẽto muliebri, cuius in Epidico meminit his uerbis: Plumatile aut cerinum, gerræ maximæ:

τὸ μὲν γὰρ γλυκύ.) *Puto legendum* ὃ μὴ γλυκεῖ καὶ μάλιστα ἀσωλύφῳ, λέγε. *Suprà etiã* ἀρθυγχάνῳ *lego, nõ* ἀρθιγκάνων, *ita flagitãte loquẽdi ratione. ex* δύκλοι *quoq; feci* δύμλοι, *ex* ἐμφαίνων ἐμφαίνειν. *Dulcia autẽ uina minus odorata sunt. Itaq; eis odorẽ quærebãt. Plinius scribit crocũ uino mirè cõgruere, præcipuè dulci, ob odorẽ, ut existimo, id scribẽs. Sed & odoratum uinum gratißimum antiquis erat, &* ἀνθοσμίας *uocabatur. Sic Latini florem uini & liberi dixisse uidentur uinũ fragrans. Ennius, Hæc anus admodũ Frigutit, nimirum sauciauit se flore liberi. & Næuius, Florem exanclabãt liberi è carchesiis. Pacuuius, Postquam est oneratus frugũ & floris liberi. Plautus, Flos ueteris uini meis naribus obiectus est: nisi si quis hic odorem intelligat. Iterũ, Quia quæ adeò me compleui flore liberi. Vinum quoddam:*

antiqui Græci μυρίνῳ uocabant, cui unguentum infusum fuerat: sed & ἀνθίνῳ floribus conditum uinum: etiam conditum appellarunt Latini, & Græci recentiores à Latinis mutuati sunt, quod aromatis conditum fuerat.

ὁ γὰρ οἶνος.) Liquores esse duos scribit ultimo libro de stirpium causis Theophrastus ad imbibendos odores aptissimos, uinum & oleum: uinum etiam, ut ait, è distante spatio odores trahit.

καὶ αἰρόμενα.) Puto legendum esse καὶ ἀφαιρούμενα, sententia ita postulante.

Εἰς τὰ ἄλλοια ἄνθη.) Vnguenta sic componũtur, ut odores in oleo condiantur, quod omnis expers odoris sit: quod enim odorem aliquem recepturum est, odore uacare oportet, ne sensum sui obiiciat & oboleat. quod his uerbis in Timæo Plato expressit, διὸ καὶ πάντων ἐκτὸς ἐάσῃ εἶναι χυμὸν, τὸ πᾶν τε μὴ ἀναξόμενον ἐν αὑτῷ μήτε καπνὸν ἔχον μηδὲν τὰ ἀλαμμάτα ὅσα ἀνάγκη, τὰ δεξόμενα ὑγρὰ τοῖς σώμασι. quod idem elegãtissimis uersibus à Lucretio scribitur:

Sicut amaracini blandum stactæque liquorem,
Et nardi florem, nectar qui naribus halat,
Cùm facere instituas, cum primis quærere par est,
Quod licet ac possis reperire, inolentis oliui
Naturam, nullam quæ mittat naribus auram:
Quàm minimè ut possit mixtos in corpore odores,
Concoctósque suo contactos perdere uiro.

Αὐτῶν δὲ πάντων ἔλαιον παραίτησιν.) Dicit, nisi fallor, oleum, ut quodque pinguissimum est, ita ad imbibendos odores minimè aptum esse. At Plinius hunc locum aliter interpretatus est, existimauitq; in olei compositione pinguissimum oleũ à Theophrasto

Theophraſto probari: in quo niſi fallor, à ſententia aberrauit. Plinij uerba ſunt: Vnguenta optimè ſeruãtur in alabaſtris, odores in oleo: quod diuturnitati eorum tanto utilius eſt, quanto pinguius, ut ex amygdalis. Nam hîc Theophraſtus amygdalinum oleum omnium minimè probat.

τῷ ἀμυγδιβᾶ.) Triplex oleum eſt: unum acerbum, quod & æſtiuum dicitur, à Græcis ὀμφάκινον appellatur, à Plinio candidum dicitur: alterum uiride, quod Græci ἀμυγδάλινον uocant, tanquam crudum, éſtque omnium optimũ unguentis: tertium eſt maturum, quod unguentis improbatur. Dioſcoridi autem uiride & acerbũ idem eſt, ut hîc Theophraſto, ut exiſtimo. Phaulia oliua grandiſſimã & maximè pulpoſam baccã habet. eam regiam & maiorinã etiã uocabãt.

ἐν ᾧ χρώματι πᾶν.) Puto legendum οἷ ᾧ χρίσματι τὰ. Dicit enim, ut reor, oleum amygdalinum non omninò inutile eſſe unguïni. Huius uerbi hac in re precor ueniam: aliter enim quî latinè chriſma reddi poſſit, non uideo. Emendationem autẽ meã locus Xenophontis, quem paulò antè protuli, cõprobat. at χρῶμα, quod eſt color, hîc nullum locum habet. Paulò antè emẽdaui ἀωδέστατον, cum ἀνδέστατον antè legeretur.

ἴδιον δ' ὅτι.) Legendum cenſeo ἄδη δ' ὅτι. Dicit enim cõſentaneum non eſſe oleum in condiendis unguentis quærere inolentiſſimum, balanino tamẽ & amygdalino uti, quæ odorem habent: quo etiam putamina conjecta imbuantur.

τοῖς μὲν ἀποσυφοῦσι.) id eſt, adſtringentes & ſpiſſantes: Plinius etiam domantes interpretatur, ut cum ſcribit: Quæ in unguenta additur ad oleum domandũ. In unguento autem tria ſunt: oleum quod odorem combibit: σῦμμα, quod eſt tanquam ſpiſſamẽtum, quo oleum adſtringitur, ut auidius

Digitized by Google

odorẽ ducat & pertinacius retineat. Sic infectores lanam quam tincturi sunt, antè medicamentis adstringunt, ut colorem ducat. Idque sufficere Cicero uocauit in Hortensio, sic scribens: Vt ij qui è conchiliis purpuram tingunt, sufficiunt prius eam medicamentis quibusdam. Tertium est ὕδυσμα, tanquam scitamentum & condimentum, quod post stymma additur, & cuius potissimùm odore unguentum commendari uolunt. Dioscorides, μυραμώμινον δὲ ἐκ πιλαμίδος βαλανίνης καὶ σταμνίτου ξυλοβαλσάμου, καλάμου, χλόης· ὑδυσμάτων δὲ μυραμώμου, βαλσάμου καρπῶ, &c. Plinius ista sic distinguit: Ratio faciendi duplex, succus & corpus. Ille olei generibus ferè constat, hoc odorum: hæc stymmata uocant, illa hedysmata: ubi ab eo odores in stymmata & hedysmata diuidũtur, ut censeo, etsi obscurius: quod planius & apertius Dioscorides scripsit. Quartus etiam nonnullis unguentis adiicitur color, ut Theophrastus & Plinius disserunt.

Θαυμάσει ἄν τις ἴσως οἷῶ τότε.) Legendum existimo, Θαυμάσειε δ' ἄν τις ἴσως τῷ τότε. Id enim exigit sententia, nisi me fallit animus. Paulò pòst pro πρεσμεσαλλόμενα δακτυλωτόρια, emendaui πρεσμεσαλλόμενα δακτυλιώτορα. Rursum, scripsi δεῖ γὰρ ἀῶδες εἶν, non ἀῶδες. & paulo pòst, ὃ δὲ καταλειμμένον ὑφ' ἑτέρῳ, ἐκ ἀῶδες. non ut in omnibus ὑφ' ἑτέρῳ, ἀῶδες.

Ἐγώνιτ' αὐτῶ ἐπεμέ.) Existimo legẽdũ, ἐγὼ μὲν τῶ ἐπεμεσαλλομένῳ.

Τὸ γὰρ δακτυλωτάτον.) Est illud quidem uerissimum, permanẽtissimum esse, quod auidissimum est, plurimúmque hausit: ut mirum uideatur, cur Plinius pinguissimum, quod omnium minimè recipit, diuturnitati utilissimum putarit, ut amygdalinũ. Celerrimè enim senescit & expirat, cùm minus recipiat ob pinguedinem. Pro τάχιστα μιθίστα legendum censeo

censeo τὰ χίσα μιθίνσι. Si quis μιθίνσι probat, interpretetur mutat: sed illud alterum omninò sensui magis conuenit. Paulò antè, ubi legitur ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὅσα σησάμινοι, uide nũ legendum sit, ὡσαύτως δὲ μὴ ἔχ τῶν ἐλαιῶν ὅσα σησάμινοι. Nam alioqui prætermiserit Theophrastus docere uiride oleum quàm capax odorum sit: quod prætermissum non oportuit. Vsitatam tamen lectionem secutus sum: nec quod nunc dico, pro decreto, sed pro coniectura haberi uolo. Paulò etiam antè usitatam & receptam lectionem non probo, & pro μὴ ἢ πρὸς τὸ πύρωσιν ἀδύνατα, legendum existimo δ' ἀδύνατα, id est, firmitas & robur. Id enim sensui magis conuenit.

σησάμινοι.) Fit è sesama, cuius color est candidus. Sesamæ simile est in Asia & Græcia erysimum, ut ait Plinius: In Italia idem erat, nisi pinguius esset, quod uocant trionum uulgò. In Plinio malè Irionem pro triono passim excudunt. Paulò pòst pro σπλικὰ corrigendum existimaui συπλικὰ. Sequitur enim non multò pòst, τὸ, πυπλικόν.

τυχροβαφῆ.) Emendandum puto ψυχροβαφῆ, τὰ δὲ θερμοβαφῆ. quòd quidam flores sine coctura frigidi macerentur, quidam decoquantur. Ex illis dilutum, ex his decoctum habemus. Sed & in floreorum unguentorum confectione, quò respexisse Theophrastum reor, idem fit. Nam aliquorũ odor coctione uitiatur, aliorum non læditur. Simili errore in Oeconomico Aristotelis καταικιέος scribitur pro καταβοέος.

διὰ δ' προσφυεσθαι.) Legendum uidetur προτφυεσθαι, id est quod ante macerentur. Mox pro οὐ δὲ πολὺς ἐλαιηρὸν, cuipiam fortasse legẽdum esse uideatur, τοῖς δὲ πολλοῖς: nihil tamen mutaui, sed subaudiri φυεσθαι.

τῶν κύπρων.) Cyprus arbor est in Aegypto foliis zizi-

phi, ſemine coriandri, candido, odorato, ut ait Plinius. Semẽ coquitur in oleo, premitúrque poſtea, quod cyprus uocatur. etiam cyprinum unguentum cyprus appellatur, ut hoc loco à Theophraſto, & ſæpè poſtea. Paulò autẽ pòſt cum ſcribitur ἀναφυρᾷ τις ᾧ ὀώδει, ſubaudiendum eſt ὀίνῳ, niſi ſi quis ἀναφυρᾷ τις ὄινῳ ὀώδει legat. Scribit enim Dioſcorides in Cyprini confectione, διὰς ὄινῳ παλαιῷ ὀώδει.

σχοῖνον, ἀσπάλαθον.) Hanc lectionem Plinius tuetur, qui rhodino adhibet iuncũ. In codice tamẽ Dioſcoridis ſcribitur χῖνος, ſed ut opinor mendosè. Hîc ego quiddam commemorabo non iniucundum cognitu. Sermonis ambiguitas & affinitas efficit plerunque, ut incerti ſentẽtiæ & animi ſimus, ſenſumq; ſæpe aliorſum quàm ſcriptor uelit, accipiamus, & uocabulo decepti, quod rei alicuius eſt, alij attribuamus: quod in χίνῳ maximè perſpici poteſt. Nam cùm ſignificet in attico ſermone ſcillam, ut apud Ariſtophanem, συμπαρεκμυγνύων ὀπὸν τῇ χίνον, ſcilláque ter florens, tria ſationum tempora monſtret, ut Theophraſtus & Plinius oſtendunt: hoc ad lentiſcum, quæ etiam χῖνος dicitur, tranſlatum eſt, quæ tamen, ut opinor, ter quotãnis non floret, nec ter fructus fundit. Cicero,

Iam uerò ſemper uiridis ſempérque grauata
Lentiſcus, triplici ſolita grandeſcere fœtu,
Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi.

(Grandeſcere autem fœtu hîc dixit Cicero pro fructu augeri.) Id tamen, ut opinor, in eãdem etiã ſententiã ſcripſerat Aratus, ne quis Ciceronem culpandum cenſeat, his uerbis: τριπλόα δὲ χῖνος κυέα, lentiſcum intelligẽs. Aliud eiuſdem generis referam: ἔριφον uocant Græci capræ barbam: Latini

imitatione.

imitatione Græcorum aruncum. In Aristotele κρύκιον malè excusum censeo. Tradit Aristoteles, si quis arunco capram unam apprehenderit, totum gregem consistere. Id protinus ad herbam, quam Græci κρύκιον uocant, translatum est à scriptoribus, in iis à Plutarcho. multa possunt iis similia animaduerti & obseruari: in quibus uerborum uel ambiguitas uel uicinitas scriptores in diuersa tulerit.

ΑΒΡΟΤΟΝΙΤΗΣ.) Sæpenumerò Theophrastus unguenta nomine eius materiæ quæ principatũ in his habet, afficit, ut cyprinum unguentũ antè cyprũ uocauit: & nunc unguentum è uiolis albis uocat, leucoiũ. eodẽ modo Plautũ ferè, cum dicit,

- Nam omnium unguentûm odor præ tuo nautea est,
Tu mihi stacte, tu cinamomum, tu rosa,
Tu crocum, & casia es, tu bdellium:

censeas de unguentis loqui eius rei nomine, quæ in unguento primas habet.

ΣΟΣΙΝΟΝ.) Galenus in Hippocratem anthinum unguentum interpretatur unguentum susinum & crininũ, quod ab oleo anthino differre tradit aromatum uarietate. Susa Persarum lingua est lilium, unde & Susa urbs Persidis, quòd ea regio liliis abundet, ut Stephanus scribit.

ΜΥΣΙΝΟΝ.) sic optimè: uel μυρρίνον. Cõficiebatur autem hoc myrteum unguentum è foliis myrti, quæ græcè μυρρίνη uel μυρσίνη dicitur: sed & μυείνλω reperio. Differt ab unguento, quod μύρτινον paulo pòst dicet, quod è baccis, quæ μύρτα græcè dicuntur, fiebat. Oleum etiam myrteum Plinius scribit fieri è foliis & è baccis. Id eò moneo, ne cùm mox myrteum unguentum Theophrastus dicet fieri è baccis, quis contumbetur, aut uitium subesse suspicetur.

οἰναν θινον.) *Oenanthinũ unguentum Dioſcoridi & Plinio ſit è labruſcæ flore, qui ænanthe dicitur. Eſt & interdũ Plinio ænanthe ipſius labruſcæ uua. Theophraſto herba eſt libro ſexto hiſtoriæ ſtirpium, è cuius folio hîc ſit ænanthinum unguentum: ei herbæ odor idem qui germinantibus uuis, ut ait Plinius, unde & nomen.*

τὸ ἄολμον.) *Poſt hæc uerba exemplum deeſt eorum unguẽtorũ, quæ fiũt è ſurculis. Itaq; locus aſteriſco notãdus eſt.*

ελάτιν.) *Legendum puto ἐλάτιν. unde apud Dioſcoridẽ ἐλάτινον μύρον. Eſt præterea, inquit Plinius, arbor ad eadem unguenta pertinẽs, quam alij elaten uocãt, quod nos abietem, alij palmam, alij ſpathã. Aliter Heſychius, qui tenerũ eſſe palmæ germen his uerbis ſcribit:* ἐλάτη ἡ τῆς φοίνικος πρώτη ἔκφυσις: *quod idem Galenus ſcribit,* ὃ ἄπαλὸν ἐκβλάστημα τῆς φοίνικος, *interpretans. Auctoritate quadam Columellæ adductus Marcellus, corticem palmæ apud Dioſcoridẽ interpretatur, cum tamẽ Dioſcoridi ſit inuolucrum fructus palmæ adhuc florentis, qui fructum etiam elaten uocari ſcribit. In Theophraſto eſſe termes aut ſpatha palmæ uidetur. Hîc autem Theophraſtus more ſuo appellat* φοίνικα, *id eſt, palmam, unguentum palmeum. Prætermittitur paulò pòſt lachryma, cuius exemplum, ut reor, myrrha eſt: itaque hîc aliquid deſyderatur.*

καὶ γὰρ ἐκ μεγαμώμου.) *Deſunt reliqui odores, qui in megalij confectionem conferuntur, quos tamen paulò pòſt reddet. Fiebat autem, ut Plinius ait, ex oleo balanino, balſamo, calamo, iunco, xylobalſamo, caſia, reſina. Proinde hic locus ſtellula notandus eſſe uidetur. Mox emendaui* ἡ ἐκ τ σμύρνης. *Scribit enim, quod à Plinio & Dioſcoride relatum eſt,*

myrrham

Digitized by Google

myrrham ſolam per ſe unguentum ſine oleo facere: quod Lucretio nõ uidetur, qui uerſibus illis, quos ſuprà poſui, ſtactæ oleum adhiberi ſcribit. Mox *legendum fortaſſe eſt* ἀλλὰ τὴν μυρρὸν σκέζαν: *quanquam etiam* μυρρὸν σκέζαν *ferri poteſt.*

σωίσασιν.) *Legendũ puto,* σωιζάσας δὲ εἰς βυθὸν τὴν σμύρναν ἐν τρυλλίῳ, καθιέναι πρὸς ἴλυν. *ut eam dicat in imum deſidere, ueluti limum & fæcem.* Mox *emendaui pro* ἀποίσασιν ἐποίσασιν, *quam dicit Columella quodam loco craſſamẽtum. uulgò ſedimentum dicunt. id quod deſidit, ſum interpretatus: dicitur etiam, id quod ſubſidit.*

ῥητίνης καὶ κλυμένου.) *Emẽdandũ arbitror* καὶ καυμένου. *moueor Theophraſti auctoritate, qui infrà ſcribet,* τῇ μὴ ἐν τοῖς σώμασιν ἐγγίνεσθαι καυμένου. *Reſinam autẽ admiſceri cenſet Plinius ad continendum odorem in corpore, qui alioqui celerrimè euaneſceret & deflueret, ſi non eſſet hæc uis addita.*

χωεὶς ἀμαρακίνου.) *Dioſcorides & Plinius amaracũ unguẽtis miſceri tradunt, ut telino & amaracino. Nec, ut opinor, alia fuit Lucretij ſentẽtia, cùm ſcripſit: Sicut amaricini bladum ſtactæque liquorem. Nullis omninò miſceri pertinaciter hîc affirmat Theophraſtus, qui falsò iſtam inter homines conualuiſſe opinionẽ & appellationem unguẽti cenſet.*

μήλου χρόαν.) *Deſiderari uidetur* ἐκ: *niſi quis legat dãdi caſu* τῷ χρόᾳ: *quòd in melino eſſe uelint cotoneorum colorem. Paulò pòſt pro* τῷ μήλου, *exiſtimo legendum* τῷ μύρου.

χρώματι.) *Chroma radiculã interpretatur quandã, quæ è Syria affertur. quam etſi aliis quærendam relinquo, tamẽ ipſe pro mea uirili ſymbolã conferam, & ne laborem aliis iniungere uidear, quem recuſem, quandam animi mei coniecturam proponam: quam equidem certam & ueram eſſe.*

Digitized by Google

præstare non ausim. Struthiũ igitur fortassis intellexit, quod Columella lib. xi. radicem syriacam appellasse uidetur. Eius uerba sunt: Sed ita ut radicis syriacæ super hanc mensuram paulò plus. Iterum, *Nec minus si uernum & æstiuum fructum uoles habere, syriacæ radicis, & rapæ napiq; semina obrues. Eam etiam herbam significasse uidetur in horto, his uersibus:*

Iam siser, assyrióque uenit quæ semine radix,
Sectáque præbetur madido sociata lupino,
Vt pelusiaci proritet pocula zithi.

Radiculam Plinius appellat, qui & eam esse dicit caule ferulaceo cibis expetito, & tingẽte quicquid sit cũ quo decoquatur, folio oleæ. Præcipua nascitur in Syria spõte naturæ.

ἀφίλκια.) *Existimo legendum* ἀφιλκῖ, *aut* ἰλκῖ, *quòd sua acrimonia eos, à quibus curatur & tractatur, ulceret. Plinius de ea, Natura est feruens, tractatáque pustulas ambusti modo facit. Iris autem flammula uulgo dicitur à similitudine flammularum, id est signorum equestrium, cuius generis illud Caroli magni signum fuit à Gallicis scriptoribus celebratum, uocatúmque aurea flammula.*

Ἡ ὠδὴς.) *Legendũ puto* ἡ ὠδώδης, *ad discrimen, quòd aspalathus sit duplex: una odorata, altera iners & hebes, quod ex libro primo Dioscoridis cognosci potest, in quo una* ὠδώδης *dicitur, altera* ἄοσμος. *Grammatici Græci aspalathum uocatam suspicantur, quòd eius spinæ, cum aliquem pupugerũt, uix euellãtur: sed & punctos ab ea ceruos interire narrãt.*

Τὸ δὲ μύρον, ἔτι δύο.) *Puto emendandũ,* τὸ δὲ μελῖον, ἔτι δύο. *Non enim de unguentis hæc disserit, sed de unguentorũ materia. Maron autẽ, inquit Plinius, nascitur & in Aegypto peius*

Digitized by Google

peius quàm lydium, maioribus foliis ac uariis: illa breuia ac minuta & odorata. Describitur & à Dioscoride.

Ἁλσὶν ἢ πτίσαις.) *Puto* οἱ ἁλσὶν ἢ πτίσαις *emendandum, ut infrà,* καὶ ὃ οἱ ὃ ἁλὶ πτερωθῆναι.

Ἁλοσάχνη.) *Spumã aridã maris Plinius interpretatur, his uerbis: Franguntúrque ictu ualido, ut ſpuma arida maris. Nam apud Ariſtotelem ſcribitur:* ἅμα δὲ κόπτοντι τὴν ταῖς χερσὶ θράττουσι, ταχὺ διαθραύεται, ὥσπερ ἡ ἁλοσάχνη. *Quod autem mox apud Plinium ſcribitur, Putant ex ſpinis aculeatis: ex Ariſtotele emendandum eſt, ex ſpinis acus. Eius uerba ſubſcribam:* δοκεῖ δὲ μάλιστα ἐκ τῆς ἀκανθῶδους τῶν βελόνης. *Theodorus autem Gaza* ἁλοσάχνῳ, *aridum maris florẽ interpretatur. quod Homerus dixit*

– ἀφρῷ πίνει δ' ἁλὸς ἄχνῃ,

Videtur poëtico more licentius & generalius adumbraſſe Maro, ſcribens,

– Salſa ſpumant aſpergine cautes.

Macrobius etiam auram dixit. Nam quod apud Plutarchũ eſt, ἡ γὰρ ἀπιοῦσα τὸ χαλκώδους ἄχνη καὶ πίπτουσα τοῖς βλεφάροις ἀδήλως, *interpretatus eſt, aura enim, quæ ex ære procedit, in oculos incidens.*

Γαῖ' ἀμᾶλλον.) *Ex hac lectione ſenſum eruere nullũ poſſum, qui ſaltem tolerari queat. Itaque unius elementi mutatione lego* ἀμέλλον, *ut ſubaudiatur* βοηθεῖν, *ut ſit, quod auxiliaturum eſt. Mox* διαῦ *feci ex* διότι, *cùm interrogationem deſideret oratio.* Τὸ μᾶλλον *ſi quis legeret,* ὥσπερ ἀχθησόμενον *ſine articulo* τὸ *ſcribendum eſſet, aut* βοηθοῦν *ſubaudiendum.*

Τὰς δυνάμεις.) *Deſideratur uerbũ* πιεῖν, *ad abſolutionẽ ſententiæ, aut aliquid tale: mox* ἔχει *dicet,* ἀδηκτοφόρας ἔχει τὰς δυνάμεις: *aut* ἀλυκτοφόρα *&* ἀδηκτοφόρα *legendum.*

Τῷ ἀδύτι μᾶλλον τὸ ὠφελητηρίαν.) *Puto* ἢ ἀδύτας μᾶλλον

Digitized by Google

ἀδιτυγχάνειν legendũ esse. Quod si & γὰρ ἀδύνατι legeretur, sensus optimè etiam cohæreret.

Νάρδινον.) Nardinum unguẽtum Theophrasto non è folio paratur, quod foliatum dicitur, sed è radice. Nondum enim è folio facere usitatum erat: quod ita postea receptũ est, ut & è spica, quod spicatũ dicebatur. folia autem nardi, ut Plinius ait, diuisere annonam: id est, ut interpretor, pretiũ mercis. Quod enim microsphæron dicebatur, plurimi uẽdebatur: quod mesosphæron, minoris: quod hadrosphæron, minimi: quibus uocabulis etiam ab Arriano malobathri folia distinguntur.

Εὐίκπαιστα εἶν.) Puto legendum ἀπόπαιστα εἶν, καὶ ὅλως ἀνάλφωτα. ut enim unguenta florea facilè maturitatem adipiscuntur: ita facilè etiam euanescunt & defluunt.

Ὑποφώνοις.) Hunc locum sic attigit Plinius, Sol inimicus his: quam ob rem in umbra coquuntur plumbeis uasis. μολυβδᾶ autem Theophrastus dixit, ut σιδηρᾶ: quod frequentius tamen μολύβδινα Græci dicere solent. Videtur autem Theophrastus sentire, non tam coqui unguenta in plumbo, ut Plinius intellexit, quàm in eo etiam optimè conseruari. Ad illum autem locum & τὸ οἰκεῖον δεῖται, desideratur ἀφαιρεῖσθαι, ad perfectionem sententiæ.

Διοίπτες.) Legendum est διίπτες in præsenti, id est, transmittentes.

Κρίνον.) Lilium dicit pro unguento ex liliis confecto, id est κρίνινον, pro κρίνινον μύρον: quod etiam unguentum susinum dicitur. Hoc unguentum ἄνθινον ab Hippocrate uocari scribit Galenus.

Καὶ τὸ μεγαλεῖον.) De megalio ita scribit Plinius, Postea multò

multò succeſsit propter gloriam appellatum megaliũ. Apud Eubulum μεγάλιον ſcribitur hoc uerſu, καὶ σὺ πόδας Ἀλείψατ' ἀντῷ φῶ μεγαλίῳ μύρῳ. Atque eam ſcripturam uerſus flagitat. μεγαλεῖον tamen cum Plinio uerius puto à dignitate & gloria. Aegyptium autem unguẽtum, quod Theophraſtus uocat, eſſe reor, quod à Plinio uocatur mendeſium: niſi ſi quis metopium putet, quod etiam in Aegypto fiebat. Coniecturam meam confirmat Galenus, qui ægyptiũ unguentum album apud Hippocratem interpretatur mendeſium unguentum, quod ex liliis & aromatis, ut ait, parabatur, ideóque unguentum non oleum erat: ſed & κενόμυρον uocatum fuiſſe, & ſuſinum unguentum etiam ſcribit. Idem ægyptium unguentum è floribus ægyptiæ ſpinæ appellat, quod etiam metopium uocaretur: ab Hippocrate netopon uocari etiam legi. mendeſium Plinio è balanino fit reſina mixta, magiſque etiamnum metopio. Nominatur & ægyptium ab Antiphane his uerſibus, quos ſubſcribam, quòd iis multa unguentorum nomina intexta ſint:

Αἰγυπτίῳ μὲν σὺ πόδας καὶ τὰς χεῖρας,
Φοινικίνῳ δὲ τὰς γνάθας καὶ τὴν θίαν,
Σισυμβρίνῳ δὲ τὸν ἔτερον βραχίονα,
Ἀμαρακίνῳ δὲ τὰς ὀφρῦς καὶ τὸν κόμην,
Ἐρασυλλίνῳ δὲ τὸ γόνυ καὶ τὸν αὐχένα.

Κατὰ δὲ τὴν ἀνθῶν ὠφελίαν π.) Legendum eſſe arbitror, τὰ δὲ τῶν ἀνθῶν ὠφελία, ὥστε ἀκολούθως ἔχει ἑκάτερα τῇ ἀρχῇ. Nam contraria dicit eſſe florea ſuperioribus, nec ulla frictione indigere: ſic utraque ſua ſequi principia. Superiorum enim principiis, id eſt radicibus, conſentaneum eſt adhiberi frictionẽ: floreorum principiis, id eſt floribus, diſſentaneum eſt adhi-

Digitized by Google

beri, propter infirmitatem & imbecillitatem. Intelligi etiam potest ἰνα τοῦτο in dandi casu, ut dicat unguenta illa utrunque principium, id est flores & radices, secuta esse.

Ἐν ᾧ γλυκεῖ.) Vino dulci myrrha, antequam incendatur, perfusa iucundiorem odorem efflat. Myrrhã autem ab unguentis, quòd simplex, ut reor, esset, Romani distinguebãt. Varro, Magistratus myrrha unguentísque ungetur. Hìc libet descriptionem myrrhæ à Plinio relatam, ex Theophrasti monumentis traductam, cum Theophrasto comparare, ut lector intelligat multo aliter, quàm hodie excusa extẽt, eum quædam legisse. Eam habere dicit cortícem leuem, similémque unedoni, in quo ἀνδράχνῃ in Theophrasto legit, cùm hodie ἀνδράχνη, quæ portulaca est, editum sit, ut opinor, malè: quanquam adrachne propriè unedo non est, sed arbor similis unedoni, uel ipso Plinio auctore, qui eam arborẽ dicit esse syluestrem, in planis nascẽtem, similem unedoni. Pergit Plinius, myrrhámque folium habere oliuæ dicit. Ita ἐλαίᾳ in Theophrasto legit, cùm hodie libri nostri πτελέᾳ, id est ulmũ, exhibeãt. Addit ab aliquibus arborem myrrhæ similem iunipero describi: at in Theophrasto τερμίνθῳ, id est terebintho similis scribitur. Ita Plinius ἀρκεύθῳ, id est iunipero perspicuè in Theophrasto legit. Hæc obiter annotare uisum est, quæ lectoribus non iniucunda fore suspicor.

Ὡς τῇ αἰθάλῃ.) Emendandũ est ὥστε ἡ αἰθάλη ἐστὶ τετριμμένη. Paulò pòst ex πεποδᾶται facio πεποδᾶτι, ita postulãte sensu. Non multò pòst pro καὶ καταιρεῖ τοῖς πολίταις, legendum est καὶ καταιρεῖ τοῖς πολίταις.

Ἀπατμίζειν πρὸ τῆς ὀλέθρου.) Emendandum arbitror, ἀφυμίζειν πρὸ τῆς ἄλλης, ut paulò antè ἀφυμίζει τοὺς τῆς ἄλλης ὀσμάς.

Mox

Digitized by Google

Mox lego τὴν αὐλίαν δ', aut potius τὴν αὐλίαν γὰρ. Rursum pro καὶ μικρῷ πρόπορον, lego καὶ ὁ μικρῷ πρόπορον.

καὶ διαλύεται.) Corrigendum censeo διαδύεται, nisi si quis διαδίδοται malit, ut suprà διαδίδοται παντα χῆ. Infrà etiam, ubi scribitur καὶ τῇ διαλύσει πρὸς τοὺς οἴκους πόρους, lego διαδύσει. uerti autẽ πόρους, modò meatus, ut Macrobius, modò etiam foramina, auctoritate Celsi adductus, qui ita scribit: Per inuisibilia foramina iter subsistendo claudunt. Lucretius etiam uertit caulas, ut hoc uersu,

Dispersumque foras per caulas eiicit omnes.

τῷ χρώματι.) Pro ᾧ χρωτὶ dixit, quod nomen cutem & corpus significat, ut & infrà locutus est, ἀναμιγνυμένοις ᾧ χρώματι. Alias ferè semper χρῶμα est color. Nec reor defuturos qui hîc χρωτὶ emendaturi sint.

Αἱ μὲν ἀφαιρῆσαι.) Legendum est, οἷς μὲν ἀφαιρῆσαι τὴν βαρύτητα καὶ τὴν ἰσχνὸν, οἷς δὲ διόλυμα τινὰ, οἷς δὲ γλυκύτητα ἐμποιῆσαι. Vsitatius tamen esset ταῖς μὲν & τοῖς δὲ. Sed illa etiã non rarò usurpari solent à scriptoribus.

σταῖς.) Hinc ego deleui asteriscum, integritate sententiæ adductus, & librorũ Athenæi, in quibus locus iste sine ulla suspicione imminutionis ullius legitur, auctoritate impulsus, etsi nescio quid in illis mutatum est, ut istud, ἱερυμένος γάρ ἐστι, cùm hinc γὰρ absit, & τῆδε τὴν διόσμαχίαν, cùm hîc melius διόσμιαν scriptum habeamus. Nam quod διόσμῳ in Athenæo pro διόσμῃ legitur, id uerò ne notari quidem debet, cùm planè falsum sit, nec ferendum. σταῖς dixi offam, ut & Maro, cũ idẽ fere quod Theophrastus loqueretur hoc uersu,

Melle saporatam & medicatis frugibus offam.

Ita me docuit esse in Marone legendum uir huius memoriæ

eruditiſsimus, antiquitatis omnis peritiſsimus, & reſtituẽdæ ſcriptorum elegantiæ ſtudioſiſsimus, ad animalium, ſtirpium, metallorum, lapidum cognitionẽ reuocandã ac poſtliminio reſtituendam, natus, factus, inſtitutus Gulielmus Peliſſerius Monſpeſſuli epiſcopus, non ſolùm auctoribus ueteribus Grammaticis, uerùm etiam ratione approbãte, cùm & eblandiendus ſæuiſsimus canis fuerit quadam ſaporis iucunditate, nec in melle uis ulla ſit ſoporifera. Eſt etiam offa, tanquam quædam maſſa. Itaque quas Græci πελάθας uocant, Latini offas reddunt: ut quod Plinius dixit, Purgatum enim tundũt, ſeruántque eius offas, Theophraſtus πελάθας dixit: & quod apud Dioſcoridem eſt de bdellio, ἀσφόβωλοι, πελαθῶδες, Plinius explicat, & in offas conuolutum hadrobolon. Alio loco, quod Græcè μάζαν dixit Dioſcorides in amygdalino oleo, interpretatus eſt offam Plinius. Eius uerba ſunt, & in offam contuſis. Ennius offam pultem intellexit, interprete Plinio, illo uerſu,

E ripuere patres pueris plorantibus offam.

Cum autem ſcribit de ſcilla Plinius, Coquitur plurimis modis in olla, quæ coniiciatur in clibanum aut furnum, uel adipe aut luto illita, planè uel lapſus eſt, uel incidit in uitioſum codicem, in quo ϛατι ſcriptum erat pro ϛατὶ, cùm inuolutam polenta coqui ex Dioſcoride cognoſcamus, nec profuturus ſit illitus adeps, qui ad primum calorem diffluéret. Verba ſunt Dioſcoridis, ϛατὶ δὲ ἢ πηλῷ περιπεπλάϛαι καὶ. Mox pro κεφάλῃ ὡς σκιλλοὶν, malim ut in Atheneo eſt, κεφάλῃ σκιλλοὶν, ſine præpoſitione. Erant autẽ nõ Athenis ſolùm, ſed & in aliis urbibus Græciæ prytanea, quæ Liuius penetralia interpretatur. Eius uerba ſunt, Cyzici in prytaneum, id eſt

est penetrale urbis, ubi publicè, quibus is honos datus est, uescuntur, uasa aurea unius mẽsæ posuit. Sic igitur Thasii suum prytaneum habebant.

τῇ μαλακότητι θαττόμενον.) *Deesse uidetur* μὴ τῇ εὐοσμίᾳ θαττόμενον. *Molli enim uino durum emendatur, odorato iners & odoris expers.*

Ἀπὸ τοῦ καρποῦ τ.) *Brachiale uulgò interpretantur. Celsus primam palmæ partem uocat, quem secutus sum. Hunc locum Plinius sic attigit, Experimentum eorum inuersa manu capitur, ne carnosæ partis calor uitiet. Quod si transferre Theophrastum uolẽs,* καρπὸν *inuersam manũ dixit, profectò mirum est. Quod autem apud Theophrastũ est,* παχὺς μὲν οὕτω τὴν ῥίζωσιν, καρπὸς ἀνάρρους θερώδης, *Plinius expressit, brachiali radicis crassitudine.*

οὐτ' ἀλλοιοῖ.) *Emẽdandũ puto* μὴ ἀλλοιοῖ, *tũ quòd ratio ita postulat, tum quòd antè sic locutus est,* ἰᾶται μὴ ἀλλοιοῦται.

Διατί οἱ μὴ ἐωθότες.) *Emendandum est,* Διατί οἱ μὴ ἐωθότες. *Mox pro* ἰᾶται τὴν ῥωμικῶς, *legendum* ἰᾶται τὴν σωμικῶς. *Quærit enim quid sit, quod qui non soliti sunt unguentis madere, uehementius olent, quàm qui assiduè iis delibuti sunt. Mox pro* καὶ ὃ ὥσπερ ἀκίρρατον, *lego* τὸ δὲ ὥσπερ ἀκίρρατον.

Διὰ τὸ σώμασις.) Ἀπώμασις *legendũ esse intelliget, qui Theophrasti sententiam perspiciet.*

Καὶ πολύοσμα.) *Sensus exigere uidetur,* καὶ ὁ πολύοσμα, *uelut ex superioribus facilè cognitu est, in quibus scribitur de myrrha & aliis, quæ plurimi sunt odoris,* ἁπαλῶς δὲ πάντα τὸ πολύοσμον. *rursum,* καὶ ὁ σκληρὸς μή τι ἄλλο πολύοσμον. *Mox lego* ταχεῖαν ποιεῖ πλὴ ἀπόλειψιν, ὡς τὸ, πεπαυ. πλὴ ἀπόλειψιν, *id est, citò desinit & deficit.*

Digitized by Google

ὃν χει * χλν.) *Legendum existimo* ὑσφαίαν ὁ χεῖρον ὄζει. *ut autẽ Græcè dicitur* ὁ χ ἧσσον *pro magis, quod tamẽ est ad uerbũ nõ minus: sic hoc loco* ὁ χεῖρον, *quod est nõ deterius, ualet melius. Emẽdaui paulò pòst pro* συγκαικίνα, συγκακωία, *& pro* κακιτόμενα, κακωόμενα, *& pro* δυσωπίαν, δυσωδίαν. *Si quis* δυσωπίαν *probat, explicet pudorem & turpitudinẽ ſudoris.*

διαπάσματα καὶ σωκήσεις.) *Diapaſmatũ Plinius in capite de unguentis & aliis locis meminit: nõ meminit ferè compoſitionum. Eius uerba ſunt: Siccis odoribus conſtant quæ diapaſmata uocantur. Diapaſmata autem odorati puluiſculi erant, quibus lecti cubiculares & diſcubitorij conſpergebantur delicatorum, unde & nomen: nec in diem erant, ſed ſtatim ad uſum adhibebãtur. His etiam utebãtur ad ſudorem cohibẽdum, ut ſcribit Plinius lib. xxi. de roſa, his uerbis: Diapaſmata inde fiunt ad ſudores coercendos, ita ut à balineis inareſcant corpori, deinde frigida abluantur. At cõpoſitiones in ueſtiario arcíſque ponebantur ad odoris gratiam, æuóque ut durarent parabãtur. uſus igitur erat diapaſmatum in præſens, & temporarius: at compoſitiones in longum prorogabantur.*

ὦσθ * ϡ ℞.) *Exempla eorum aromatũ quæ acutiora & acriora ſunt, hîc deſunt, ex Plinio ſuppleri poſſunt, qui ut reor, hinc ſumpſerat. Eius uerba ſunt: Omnia autẽ acutiora fiunt coſto, amomo, quæ maximè nares feriunt. Rurſum, acerrima autem per ſe amomo. Legendum autem eſt* τὸ ℞ ὅλως, *non* ϡ ℞.

ἐρυσίσκηπτρον.) *Eryſiſceptrum Dioſcoridi eſt aſpalathus, & Plinio. ea autem fuiſſe uidetur aſpalathos, in quam iris incubuerat, cùm opinio eſſet arcu cæleſti innitente odoratiorem*

Digitized by Google

tiorem reddi, ſed & alias ſtirpes omnes. Heſychius ita ſacram omnem herbam appellat, in quam iris innixa fuerit. In eo malè ἰρισκινῶν *pro* ἰρυσίσκηπτρον, *&* ἴεις *pro* ἶρις *legitur. Itaque appellatum eſſe uidetur tanquam* ἰρυσίσκηπτον, *quòd nimirum irin eliciat, quo ab ea tanquam de cœlo tangatur. Odoratiores autem reddi ſolitas plantas, in quas arcus cœleſtis innixus eſſet, & Ariſtoteles, & Theophraſtus differunt: quod tamen opinione potius ualuiſſe, quàm re & ueritate cõſtare crediderim. Plutarchus in Sympoſiacis, uſque adeò per animos hominum hanc opinionem peruaſiſſe oſtẽdit, ut ſacerdotes irin precibus elicere ſolerent ad odoris commendationem arboribus quærendam. Eius uerba ſunt,* καὶ τὼ ἶριν ἰξαιδοῶντα πέφυκεν ὧν αἱ ἐπῳδαὶ ξύλων, δυώδίας ἀναπίμπλησι, τοῦτο γνωρίζοντες οἱ παρ' ἡμῖν ἰδρεῖς αὐτὰ, καλοῦσι τὼ ἶριν, ὑποδεχόμενοι ὠδισκήπτειν. *Fortè tamen in Plutarcho* ἰρυσίσκηπτρα καλοῦσι, *pro* ἰδρεῖς αὐτὰ καλοῦσι, *legendũ eſt: quod & uerius puto.*

Ἔοικε δὲ οἴῳ.) *Puto corrigẽdum* ἔοικε δὲ οἴνος χρήσιμος. *aut ſi* οἴῳ *quis retinet, de uino tamen locus intelligendus erit. Liquores autem duos uini & olei odoribus accommodatiſſimos Theophraſtus differit libro ſeptimo de cauſis ſtirpium.*

Καὶ ἔμμοσ * πώτορον τοῦτο.) *Puto legendum* καὶ δύοσμότορον τοῦτο. *Si quis* ἐμμοπώτορον *malit, cum eo non magnoperè contendam. Non defuturum etiam reor, qui* δύοσμότορον καὶ πώτορον *emendaturus ſit. In loco ita lacero diſtrahi coniecturis uariè hominum mentes poſſunt. Rectè qui coniecerit, eum uatem perhibebo optimum.*

Ἅυτεκ δὴ λᾶαι.) *Legendum cenſeo* αὐτεκ δὲ ἰδεῖαι, *præſertim cùm mox ſequatur,* ἔτι δὲ ἰδίως. *Animalium odores ferè*

minus iucundi ſunt, cùm uirus neſcio quod oboleãt, aut certè nihil habeant quod fragret, ut ſtirpes. Excipitur *pardalis, ut ait* Ariſtoteles, *quæ quodam cutis, ut ita dicam, aromate omnia ad ſe perlicit animalia.* Piſciculus *in noſtra* Normania *naſcitur in oſtio* Sequanæ *ad maris æſtuaria, ferè apuarum generis, uiolam redolẽs.* Epelanum *uocamus.* Corpus Alexandri *iucundiſsimũ effiabat odorem, ut refert* Plutarchus, *adeo ut eius interior tunica eo cõpleretur.* Plinius Ariſtotelem *ſecutus, dubitanter tamẽ, ita ſcribit:* Animaliũ *nullum odoratum, niſi ſi de pantheris, quod dictum eſt, credimus: quod & ultimo de ſtirpiũ cauſis libro à* Theophraſto *refertur: qui etiam ſcribit eam, ubi cõſenuit, feras uenari odore allectas.* unguis *etiam odoratus in animalibus numeratur iucundè fragrantibus.* Paſtus *enim odoribus fragrantiam concipit.*

οἱ μὲ ὀχθοιντες ἔχεσι.) Legẽdum cenſeo ὄζεσι. Docet enim, etſi tempore initus hirci maximè olent, illum tamen fœtorem potius à corporis cõſtitutione, & habitu proficiſci: quòd qui non ineunt, quíq; generando nõ ſunt, eo tempore oleãt, etſi coitus illum fœtorem auget. De *pelliũ autem hircinarũ fœtore, unde hac nata quæſtio eſt, ita ſcribit* Theocritus, ταὶ δ' ϕαγέαι ταὶ παρὰ τὶν ὄσδοιλι καὶ ὠτόροι ἢ τυ πρὶν ὄσδεις. γίνεται γ' ἁ ἰδρὼς.) Legendum puto nominandi caſu ἡ ἰδρὼς. Etſi enim amplificatur initus tempore odor, tamẽ per ſe cauſa eſt, ut ait Theophraſtus, ipſa corporis conſtitutio. Mox pro ὃν ὀρδείκνυται, emendandum reor, ὅιας ὀρδείκνυ. pro κατασλαγῇ immutaui κατασλαθῇ ſermonis Græci conſuetudine ita flagitante.

ἐις ἔρπει ἀλγεῖ, συνιέζει ϑιοῖ ἰσωτὰ. ὧδε δ'.) Nullus ex his

his uerbis ſenſus elici poteſt. ego ſentẽtiam & uerborum ſimilitudinem ſecutus, emendãdum arbitror, ὡς ἓξις σωφρῆ, σωτεχόζαι πιοαῶται αὐτά. ἔτι δ. *Hodie quoq; qui metu calculi deglutiunt terebinthinam reſinam, lotium reddũt odoratum, quadam uiolæ aura nares afflante.*

Σφυφιὰ καὶ ἀπόπικρα.) *Plinius, Odorato ſapor rarò ulli non amarus: è contrario dulcia rarò odorata. Itaque & uina muſtis odoratiora, & ſylueſtria magis omnia ſatiuis.*

Συμβαίνει δ φόβοι τινὰ.) *Hæc uidẽtur cohærere cũ iis quæ de contagione naturæ diſputabat in hircinis pellibus. Itaque quæ interiecta ſunt, nõ uidentur eſſe ſuo poſita loco: ſed & multa hoc in libello perturbata uidentur, nec loco poſita.*

Δοκεῖ σωα * .) *Perdifficile eſt hãc lacunam explere: ac uereor, ne ſi coner aliquid ſupplere, non tam Theophraſtum iuuare, quàm ipſe de meo adſcribere & comminiſci uidear. Quid tamen ſentiam, dicere non reformidabo: ut enim nihil aliud, uoluntas certè laudabitur, quòd uoluerim pro mea parte optimo ſcriptori cõſulere. Nam cùm in Geoponicis ita ſcribatur,* πᾶς οἶνος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πίπτει εἰς πλειόνων ἀνθῶν, ἢ εἰς ὀπωρινὰς θρίπας, ἢ ἐλαιοθύτους ἢ ἀμπέλους, *ferè labor, ut putem hic emendandum eſſe* δοκεῖ σωαιθεῖν, *id eſt, cum una florere uidetur: quod ad naturæ cõtagionem pertinet. Nam & quidam uini flos in uitiis uini numeratur à Plinio, & à Geoponicôn auctore. Mox pro* τὸ δ ὀριμύτατον *emendaui* τὸ ὀριμύτατον.

Φλοιὰ, ῥίζα.) *Emendo* φλοιόριζα, *quòd corticiam & tunicatam radicẽ habeãt, qualia ſunt allium, bulbus, cepe, ſcilla. Hanc emendationem approbat Theophraſtus lib. 1. hiſtoriæ ſtirpium: qui de radicibus ſcribẽs, hæc refert:* αἱ δ λοβ-

πυρώδεις ἢ φλοιώδεις, οἷον ἐπὶ τῆς σιλλύου, ἢ τῆς βολβοῦ, καὶ ἔτι χρομμύου. Aliquando hîc putaui emẽdandum esse καὶ φαλόεις, quo etiam nomine haec à Theophrasto uocãtur: quae sine magno scriptoris detrimento emẽdatio etiam fuisset. Mox pro πλατυκὰς ὥρας, βλαστικὰς excudendum curaui.

Στέαρ δὲ ἄρκτου.) Hic Plinium legisse propè censeas, non τῶν στέαρ, sed τὸ σαρκὸς, cùm ita scribat libro octauo, Mirum dictu, credit Theophrastus per id tempus coctas quoque ursorum carnes, si asseruentur, increscere. Sed nihil mutãdum puto. Id enim quod Plinius refert, potuit alio loco tradere Theophrastus, ac, ut opinor, in libro περὶ τῶν φαλλούντων id scripserat. Hîc ut nihil mutem, adducor auctoritate libri illius, qui περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων inscribitur, in quo eadẽ res his uerbis refertur. λέγεται καὶ τὸ τῆς ἄρκτου στέαρ, ὅταν λιγνυπτηρὸς ᾖ διὰ τὸν χειμῶνα, περὶ ὃν καὶ χρόνον ἐκείνη φαλλοῦται, αὐξάνεσθαι καὶ ὑποβαίνειν τὰ ἀγγεῖα οἷς αὐ ᾖ. Ferũt & adipem ursinum, cùm ob hyemem concreuerit, quo tempore latitat ursus, augescere, uasisque superfundi.

Ἐκ τῶν σχημάτων.) Nam ex figuris sapores effici Democritus existimabat, cùm dulcẽ putaret globosum esse, magnaque formae: acerbum, figuræ amplioris, asperũ, angulosum, minimèque rotũdum: acutũ, acutæ figuræ, turbinatæ, curuæ, tenuis, non rotundæ: acrem, rotundum, tenuem, angulosum, incuruum: sic reliquos, ut Theophrastus initio libri septimi de stirpium causis disserit.

πρὸς ἅπαντα κοινόν.) Fortasse legẽdum πρὸς ἅπαντας κοινόν. Saporũ enim species, eorúmque originem & causas omnes philosophi persequebantur diligentius quàm odorum, ut & Plato in Timæo: ut proinde nõ magis insimulari Democritus

critus debeat, quàm alij philosophi. Si πρὸς ἅπαντα probas, dices id in omnibus ualere, nõ in solis saporibus, & à saporibus ad alia traducendũ esse. ἅπαντας tamẽ omnino malim.

οὕτως οἰ ὀσμαῖς.) Legendum uidetur ἐχ ἅτως ἀ οἰ ὀσμαῖς. Non enim ita in odoribus species, ut in saporibus & coloribus memorari possunt, sed ne in his quidẽ quæ sub tactũ cadunt. Proinde illud ἔτι τὰ μὲν μικτὰ, τὰ δ' ἄμικτα. (sic enim legendum est, non ἀνάμικτα.) In alienum fortasse immigrauit, cùm in illum locum lacerum & mutilum reiici forte debeat, qui sequitur, ἄμικτοι χλοί: etsi locus ne sic quidem sartus fortasse fuerit, si legatur hunc in modũ, ἔτι τὰ μὲν μικτὰ, τὰ δ' ἄμικτα· ἄμικβοι χλοί. Si quis tamen putet loco non mouendum, eum sensum efficiat, quem in interpretatione sum secutus: ut enim nihil mutetur, ita sententia cohærere poterit.

ὥστε ἓξ ἀμφοῖν.) Deesse uidentur hæc uerba οὐ γένοιτο. Infrà scribet οὔτι ἓξ ἀμφοῖν ἔργον, unde occasio emendationis est.

λυμαινόμενοι ἀλλήλοις.) Legendum arbitror ἄλλοις. Mox pro τὰ ἰσχνὰ, τὰ παχέα, pro τῶν οἴνων, τοῖς οἴνοις.

ὃ δ' ἂν μὴ ἔστι ἓξ ἀμφοῖν ἔργον θύραν μὴ ἀδιάκτου.) Emendandum reor ὡς ἂν μὴ ἔστι γένοιτο ἓξ ἀμφοῖν ἔργον, θύραν μὴ ἀδιάκτου. Negat enim fieri posse ut misceãtur odores, quin ex mixtura uis quædam communis efficiatur. Mox lego χάρω ποιᾶ, ἔνθα δὲ βελτίω. Neque multò post legendum censeo τὸ ἄκρατον καὶ σιλφιώδες, pro θύκρατον: & καὶ μύρα ἔνια, non ut libri omnes uno consensu habent, μυελία ἔνια.

ἐν τῇ οἰνοπλᾳ.) Emendandum est οἰνοφλοίᾳ, id est, cùm uinum fit: quòd nonnulli tempore uindemiæ unguentis uina condirent, alij paulò antequã biberent. qua de re sic Aelianus in uaria historia scribit, μύρῳ δ' οἶνον μιγνύντες ὕστερον ἔπιον.

ταν, καὶ ἐκαλᾶτο ὁ οἶνος μυρίτης: *id est*, Nam unguento uinum miſcentes ſic ebibebant, uocabatúrque unguentarium uinum. Iulius Pollux μυρίτην appellat, quod à quibuſdam unguento conditum, ab aliis dulce accipi dicit. μυρρίτην in Heſychio lego, atque haud ſcio an Comici Latini uerbum illud exprimere uoluerint, cùm murrhinam dixerunt, in palliatis præſertim fabulis, etſi aliud ſentiunt Grammatici. Ferè idem priſcos Romanos etiam factitaſſe uideo auctore Plinio, cuius hæc uerba ſunt: Laudatiſſima apud priſcos uina erant, myrrhæ odore condita, ut apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur, quanquam in ea & calamum addi iubet. Locum Plauti, quem ſignificat, uel eo libẽtius adſcribam, quòd inquinatiſſimus eſt, inuſitatis duabus uocibus, quas nõdum quiſquam Grammaticorum explicare potuit. Nam ſtruthea & coluthea quid ualeant, quis exponit? In eo tamẽ loco Plauti myrrhæ mẽtio nulla eſt, ut paulùm Plinij memoria uacillaſſe uideatur. Cõmiſce, inquit, mulſum, ſtruthe acoluthe, aquã appara. (Verba autem Græca ſunt στρουθὶ ἀκόλουθε, quæ ſalacẽ pediſſequũ ſignificant.) Benè ut in ſcutris concaleat, & calamum iniice. Sunt qui murrhinam à Plauto, ut ait Varro, paſſum appellari cenſeant.

κλίνεται εἰς.) *id eſt, mittunt: aut legendũ potius* κλάσται, *id eſt, includũt, cùm mox ſequatur* ἀνοίγοντες, *quod cõtrariũ eſt. Statim pro* ὅταν μάλιστα ὄζῃ δοκῇ, πότε: *legẽdũ exiſtimo* ὅ, τι αὖ μάλιστα ὄζειν δοκῇ, τοῦτο. *præterea pro* ἀγδύοντες χρόνον, *fortè legendũ* ἀγκλάσαντες χρόνον, ὅπως αὖ μᾶλλον ὀζῇ. *Nam & ſuprà ita ſcripſit.* διὸ καὶ ἀνοίγοντες ἀφ' ἡμέρας, ὀζοῦσι ὀζειν ἄρξαι: *aut* ὀζῇ *in ſe oboleant ſignificabit,* ἀγδύοντες, *ducentes & trahentes.*

Τὸ ῥ

Τὸ δὲ πλατάνου τῆς Αἰγυπτίας.) *Emendandum arbitror* βα-
λάνου, *ut glandem unguentariam intelligamus: de qua illud*
Horatius *canit*, Preſſa tuis balanus capillis. *Præfertur au-*
tem, ut ſcribit Plinius, *ſyriaca ægyptiæ: ægyptia autem erat*
pinguior & craſſior, cortice rubens, eadem breuior & ſic-
cior. Myrobalanum Plinius *uocat.* Idem *ſcribit unguentorũ*
expeditiſſimum, & ut ueriſſimile eſt, primum fuiſſe è byro
& balanino oleo. Platanum *idoneam unguẽtis nemo, quod*
ſciam, unquam ſcripſit.

Ἀλλ' ἅπαξ ζῶα ὧδε λυ * ἀθλώπη λίγαν.) *Ita malè hoc loco*
tẽporis iniuria acceptus eſt, & atrociter uulneratus Theo-
phraſtus, *ut eius propemodum deſperata ſit ſalus.* Medicinã
huic uulneri facere nõ potero, tantum obligabo hac tanquã
faſcia, καὶ ἀλλ' ἅπαξ ζῶα ἐγκεκλῖσθαι, ἃ τινες λίγαν εἰς πάντα
χαλκὸν κεῖλον ἐμβάλλειν δεῖ, σίδηρον ὁμοίως: *niſi ſi quis* ἐπικλίνω ἀ-
θλώπαι λίγαν εἰς πάντα, *defendat, pro, quæ nominantur* Athe-
nis, nomine tamẽ deſiderato, ſed & uerbo, unde pendeat λίγαν.
Hæc autem quæ dicit, quorſum pertineant, non ſatis cõ-
ſtat, cùm libri finis deſideretur, in quo id explicabat. Hæc
habui quæ in Theophraſtum *breuiter annotarem.*

FINIS.

Digitized by Google

In Græco quædam ſic emendabis.

Fol.1.pag.1.uerſ.7.τῶν χιλῶν.uerſ.10.λιωεισμίνοι.uerſ.17.ὀξύτατα.fol.2.pag.1.uerſ.3.λυπάμενοι: καὶ γίνονται.uerſ.13.ἐν λεῖν ἢ.fol.4.pag.2.uerſ.18.ἐρωὶ Μινου.uerſ.19.aliter βίλπτος ἢ,ut ſit,crocus autem optimus eſt in Aegina & Cilicia: quod & probo. fo.5.pag.1.uerſ.1.μιναμώμα. καὶ ἐν Ρ.fo.6.pag.2.uerſ.2.fortè τὸ ἐλλόν per appoſitionem dici poterit,etſi duriuſculè.uerſ.6.παρ' ἀντῷ.uerſ.14.πλείων ἢ.

In interpretatione.

Fol.4.pag.2.uerſ.11.pro Verum quæ ex,ſcribe,Verum quædam tamen quæ ex: & è fine periodi tolle nomen,omnia.fol.6.pag.2.uerſ.2.pro Quocirca illa,ſcribe,Quocirca illi.fol.7.pag.1.uerſ.17.poſt minus,diſtingue.fol.9.pag.2.uerſ.20. Periodus illa cuius principium eſt,Cònfert etiam,non uidetur loco poſita: multáque,ut annotaui, hoc in libello tranſpoſita ſunt.fol.11.pag.2.uerſ.8.ſcribe,In floribus contrà: proinde utrumque principij ſui ſectam.fol.13.pag.1.uerſ.18.pro moráque,ſcribe diutiúſq;.uerſ. 20.poſt conſueuerint,diſtingue.fol.14.pag.1.uerſ.4.ſcribe pro ſua cuiuſque natura.

In annotationibus.

Fol.20.pag.1.uerſ.17.ἀπροδιηγάνευ.fol.26.pag.1.uerſ.2. Eubulũ μιγὰ Μιον: & proximo uerſu,μιγα Μιφ.pag.2.uerſ.3 poſt ſecuta eſſe,adde: Aut potius ſcribendũ eſt πρὸ λ τῶν ἀνδῶν ἐναντίως. ὥστε ἐκολέδη κατὰ τὴν ἀρχῆ,id eſt,In floribus contra.proinde utrunque principium ſecuta ſunt.fol.30.pag.1.uerſ.ult.pro λοιπὰλις ſcribe λειπομάλις.

Digitized by Google